circa brumalem solis occubitum uel solsticialem eius ortum reflectere. Porro alus in partib; ab ea caeli plaga recessum maris luna quae hic signat accessum. non solum autem sed et in uno eodemq; litore qui ad boream mei habitant. Multo me citius aestum maris omnem. Qui uero ad austrum multo serius accipere pariter et refundere solent. seruante quib;q; in regionib; luna semper regulam societatis ad mare. quam cumq; semel acceperit. ergo malinam quinq; fere ante nouam siue plenam lunam dieb; ledonem totidem. ante diuiduam sepius incipere conperimus. et circa aequinoctia duo maiores solito aestus adsurgere. In anes uero bruma et magis solstitio semper q; luna in aquilonia et a terris longius recedente mitiores quam cum in austro digressa propriore nisu uim suam exercet aestus adfluere.

Naturalis ratio cogit. per denos autem et nouenos annos iuxta lunaris circuli ordinem etiam maris cursus ad principia motus et paria incrementa recurrunt. LXXXII.

DE AEQUINOCTIIS ET SOLSTITIIS.

De aequinoctiis quod VIII kl. aprilium et VIII kl. octobrium et de solstitiis. qd VIII kl. iuliarum et VIII kl. ianuariarum dieb; sint adnotanda multorum late et sapientium scti et xpianorum sententia claret. Deniq; plinius secundus idem orator et phylosophus in libro II naturalis hystoriae ita dicit. Sol autem ipse IIII differentias habet. Bis aequata nocte diei. uerno et autumno in centrum incedens terrae octauus in partib; arietis ac librae. Bis permutatis spatiis in auctum diei. bruma octaua in

parte capricorni. Noctis uero solstitio. totidem in partib;
cancri inaequalitatis causam obliquitas gignit signiferi.
Similia&iam de his plures ecclae tradidere magistri. di
centes. viii. kl apr. in aequinoctio uerno dnm concoeptum
&passum. Eundem in solstitio brumali. viii kl ian natum.,
Item beatū precursorem dni atq; baptistam viii kl octubris
in aequinoctio autumnali concoeptū. & in aestiuo solstitiali.
viii kl iul natū. Addita &xpositione: qd auctorem lucis a&nae:
cum cremento lucis temporariae. concoepi simul & nasci deceret.
penitentiae uero preconem quem oportebat minui. cum incho
atam in oratione lucis. concipi pariter & nasci. Verum quia sic
in ratione paschali didicimus. Aequinoctiū uernale. xii. kl trū.
Apriliū die cunctorū orientaliū sententiis & maximae aegyptiorū.
quos calculationis ēē peritissimos constat: specialiter anno
tatur., Nam & regula ten& ecclesiasticae obseruationis a ni
ceno confirmata concilio: ut paschae dies: ab xii kl. Aprilium
usq; in viii kl maias. caelebratur. Item catholicae institutionis
regula precipit. ut ante uernalis aequinoctii transgressum:
pascha non caelebr&ur. Qui igitur viii. kl aprl die putat aequi
noctium: necesse ē. idem aut ante aequinoctiū pascha caele
brari licitum dicat: aut ante vii. kl aprl diem pascha caelebrari
licitum neg&. Nam in u&eri testamento tribus argumentorū
indiciis: paschale sit tempus obseruare preceptū. Videlic&
ut post aequinoctiū. ut mense primo. ut tertia eius septimana.
Nam si quis plenilunium paschale ante aequinoctiū posse fieri

contenderit: ostendat ipse si possit uel sectam scam prius
quam saluator incarne uenir& extitisse pf&ta. uel quē
lib& fideliū ante p̄uentum gratiae illius aliquid posse supne
lucis habere, Neq; enim sine ratione paschalis obseruantia tē
poris quam mundi salutē & figuraret & adimpleret decebat. Haec
diuinitus est pcurata: ut neq; die prima qua lux facta ē. Neq;
secunda qua firmamentū. Neq; tertia qua arida apparuit: Neq;
mox quarta inchoante qua sol aequinoctialis tamquā sponsus
de thalamo processit: sed aduesperam tandem oriente luna
sortir&ur exordium, exsp&tata ē enim hora quae inlumina
tionē eccle olim in xpo uenturam signaerat. N& item lunae
solius plenum captemus exortum: quasi iuxta pelagia nos ab is
q; gratia supna beati ēē queamus. Verum iuxta eum qui dix
dī meus misericordia ei preueni& me: Inris pasche obseruatio
ne aequinoctialem solis exortum cunctaui delic& tenebrarū
offendicula deuincentis. plenilunio nrae deuotionis uesti
gio sequente didicimus. hanc igitur mos utile pasche ratio
nem: die proprie resurr&tionis dnī ihū xpī pf&it qui non ue
nit soluere legem sed adimplere, Ipsa enim pascha qd dns
priusquam pater&ur cum discipulis f&it. erat viii kl aprl.
tamen non ante transcensum aequinoctii dies pasche idest re
surr&tio dnī facta ē. sed&iam post transcensum. vi kl aprl.
Haec anatholio adtestante euidenter docent. filo & iosepus
sic & eorum antiquiores agatthobolus. & abeo eruditus aristo
bolus & paneada qui unus de lxx interptib; fuit qui missi fuer

apontificib; adptholomeū regem· hebreorum libros interptari
ingrecum sermonem·, Quique multi & traditionib; moysi· preponen
ti regi pcunctatiq; responderent· Ipsi cum questiones & codi & ponerent·
dixerunt· pascha nonprius ēē· immolandum· quam aequinoctium
tenebrasq; deuictas non ēē· immolandum· & hoc aequinoctiū· xii·
kl̄rum· aprilium die ueracit̄ adscribendum, Sicut nonsolū auctoritate
paterna sed & horologica consideratione docemur, Sed & cetera tria
tempora· huiusmodi confinia· simili ratione aliquot dieb; ante
viii· kl̄rum sequentium ēē· notanda, Itaut diligenti industria mult̄s
astib; aquibusdam fertur ēē reptum, Solstitium aestiuale· xii· kl iul
ēē atq; aequinoctiū autumnale· xiii· kl octb· solstitiū qq̄ brumale
xiii kl iañ ēē aut xiii· kl·, LXXXIII·

DE QUATTUOR TEMPORIBUS ELEMTIS V MORIBUS·,

Tempora sunt anni quattuor· quib: sol pdiuersa caeli spatia discur- 35
rendo subiectum temperat orbem·, Diuina utiq; procurante sapientia
ut non semp eisdem commoratus inlocis feruoris aut ariditate mun
danum depopuletur ornatum· sed paulatim pdiuersa commigrans
terrenis fructib; nascendis maturandisq; temperamenta custo
diat· Aquo temperamento uidetur temporib; inditum nomen
uel certeq; quadam sui similitudine qualitatis adinuicē contem
perata uoluuntur· tempora recte uocantur, Hiemis enim ut
pote longius sole remoto· frigidus ē· & humidus, Ver illo super
terras redeunte umidum & calidum· Aestas illo sup feruente
calida & sicca· Autumnus illo adinferiora decidente siccus
& frigidus· Sicq; fit ut amplexantib; singulis medio moderamine

que circa se sunt., Orbis instar adinuicem cuncta concludant;
quibus aeque qualitatib: disparib: quidem pre. sed alter utra adin
uicem societate conexis., Ipsa quoque mundi elementa constat ee distinc
ta, Terra namq; sicca & frigida. Aqua frigida & umida. Aer umidus
& calidus. Ignis e calidus & siccus. Ideoq; haec autumno: illa hiemi,
Iste ueri: ille conparatur aestatiq. Horum aut principia temporum
diuersae ponunt diuersi., hesiodorus namq; hispaniensis epi. hieme.
viii. kl decemb ver viiii kl mart, Aestate. viiii kl iun. Autumnu
x kl septb habere dixit exortum. Greci aute & romani quorum in
huiusmodi disciplinis potiusq. hispanorum auctoritas sequi consue
uit, hiemem vii. id nouemb. ver vii id febr. Aestatem vii. id mai.
Autumnum. vii id aug. inchoare decernunt. Vocatur aut uer quod
ineo cuncta uernent, hoc e uirescant. Aestas ab aestu quia in ea matu
randis fructib: datur. Autumnus de autumnatione fructuu quod
ineo colliguntur, porro hiemis: ad doctorib: frigus interpretat,
Et sterelitas & haec quidem nris partib; temporum uocabula con
gruunt., DE CIRCULO DECEN NOUENALI., LXXXVIIII.

44 Decen nouenalis circuli ordinem primus eusebius caesareae palesti
nae eps ob xiiii. lunas festi paschalis. Ipsumq; diem paschae inueni
endum conposuit, Eo quod luna cuiuslib& aetatis post tantum
temporis ad eundem sedeat anni solaris diem. Non quod aegyp
tus uel caetera ponentem xpi aeclesia. Verum eatenus lunae
cursum uel diem nescierit rite inuenire paschalem. Sed quia
ea quae ipsis temporib; annuatim cum labore inuestigata & per
orbem mandata saepius inquestionem uenire solebant.,

Facilius praefixa semel regula circulum semper obseruari & sine scru
pulo ambigendi poterant edisci. Deniq; fertur antiquitus alex
andrinae ecclesiae delegatum ut officio se operam curamq; inuestigationi
computi paschalis inpender&. quatinus pontifici apostolicae sedis
adnuntians per eum diem paschae sollemne caeteros ecclesiarum princi
pes agnoscere facer&. Vnde beatissimus. Quo apud aegyptios huius
supputationis antiquitus tradita uidebatur esse peritia per quem quot
annis dies praedictae sollemnitatis sedi apostolicae indicar&ur. Cuius
scriptis ad longinquiores ecclesias indicium generale percurrer&.
Verum ut huiusmodi labor aliquando quiescer&. Composuit memo
ratus uir circulum nunc longe lateq; notissimum. quo xiiiias lunas
primi mensis & ordine comprehendendo diem paschae qui mox sequen
te dominica futurus erat facillimae cui lib& inueniendum relin
quer&.

LXXXV. DE EMBOLISMIS ET ANNIS COMMUNIBUS.

45

Diuiditur autem circulus idem in embolismos annosq; communes
quos hebreorum quoq; priscorum auctoritate constat obseruatos.
Communes quidem annos id est. cccrum liiii. dierum xii. Embo
lismos autem id est. cccrum lxxxiiii. dierum continens vii. primus
namq; & secundus communes tertius est embolismus. quartus
& quintus communes. sextus embolismus. septimus communis.
octauus embolismus. Nonus & decimus communes. undecimus
embolismus. duodecimus & tertius decimus com.
Quartus decimus emb. quintus decimus & sextus decimus com.
Septimus decimus emb. Octauus decimus com. Nonus decimus
emb. Qui utiq; sic & supra dictum est ab exordio primi mensis

quem hebrei nisan uocant. hoc ē. ab accensione lunae paschalis
initium sumunt. Cuius exordium mensis hac regula deb& obser
uari. Ut nonnumquam luna paschae .xiiii. uernum p̄cedat aequi
noctium. Sed uel in ipso aequinoctio hoc ē .xii. kt aprl in die uel eo
transgresso legitima p̄cedat. Unde fit ut ab .viii. iduum martiarū
usq; in nonarum aprt diem lunaris. anni sunt quaerenda primor
dia. Ipsa aūt luna .xiiii. cum primū .xii. kt aprt cum nouissima e .xiiii.
kt māi occurrendo diem festi paschalis ab .xi. kt aprt usq; in .vii. kt māi
faciat inquirendum. Embolismorum aūt sicut dionisius att. p̄bat
ista ratio existere quot annorū communiū uid&ur damna supple
re. Quatinus ad solare tempus lunaris excaequ&ur excursio. Quam
uis enim solis annum ciclum per singulos menses luna circueat; Tam
eius perfectionē .xii. suis mensib; implere n̄ preual&. Deniq; in an
nis communib; ad rationē solaris anni .xi. dies lunae de ē ē cernun
tur. In embolismis uero .x. & .viiii. dieb; eundem annum uid&ur
solis cursum luna transcendere. Et hebrei quidem qui solos lunares
in lege nouerant & obseruabant menses iuxta naturalem lunae
cursum. Tricenis unde tricenisq; dieb; communiū annorū men
ses duodenos explicabant. & tertio uel secundo ubi decebat anno
tertio decimū in fine anni mensem .xxx. dierum adponebant em
bolismū. Porro romani qui dispares habent menses. Non uno
quolib& in loco embolismos computando interponere uoluer̄.
Sed potius ubi lib& medius anni temporib; uacuum congruumq;
inter kt locum inuenire potuissent. Primum igitur embolis
morum lunam .iiii. nōn decemb. Secundam .iiii. nōn septemb

tertiam pridie non mar. Quartam .ii. non dec. quintam .iiii. non
nov. sextam .iiii. non aug. septimam .iii. non mar nasci dixerunt.
sollertissimae quantum potuere curantes. ut cuiuscumque aetatis
luna in kl occurreret, ipsa eiusdem mensis luna diceretur esse
putanda, Quod tamen nonusquequaque uoluerunt obtinere propter
praefixum paschalis lunae cursum, Cuius cum extrema nonnum
quam in kl mai incurrant. et secundum quoque uel etiam .iii. post kl
diem teneant, Non tamen mai mensis sed potius aprilis luna sic sem
per esse dicenda est., DE OGDOADAE ET ENDECADE. LXXXVI.

Est et alia praefati circuli diuisio qua in ogdoadem et endecadem. 46
id est in .viii. et .xi. distinguitur annos. eo quod octauo et .xi. anno
luna paschalis suppremas suae natiuitatis metas subeat. et utrumque
eorum insolito embolismis more unus communis praecedat annus
uel certe quia antiquis uisum est .viii. annos solares totidem luna
ribus annis dierum numero aequari. quod ab eruditoribus euo se
quente doctoribus et spretum est. nisi annis .xi. adiectis nequaquam
fieri posse ad indicium utriusque obseruationis ogdoadibus est. et en
decadibus tota lunae digesta conuersio. Nam et greci quondam
quos et antiquissimi romanorum perhibentur imitati. Cum ad lu
nae cursum adhuc annos computarent .viii. annis communibus
pari ratione confectis. embolismos trium mensuum pariter inter
calcabant. Si enim octies .xi. et quartam partem uolueris suppu
tare .xc. dies hoc est tres menses efficies, Verum etiam nunc sunt
qui solis .viii. annos totidem annis lunaribus itemque solis .xi. totidem
putent annis lunaribus dierum aequalitate componi. Ubi primo

dicendum quod absq; ulla contradictione . si octoni anni utriusq;
sideris aliquando longitudine concordant semp idem facere ha
bebunt .. Neq; ullum undenorum annorum aequalitas locu
inuenit . Si autem uel semel xi anni amborum simul incipiunt
simulq; terminantur semp ipsum saltum sunt . N& erit quan
do octonorum concordia redire possit annoru . Deinde numerus
ipse pulsandus uidendumq; quod viii anni solares habent dies ex
ceptis bissextis . ii dcccc xx . Octies enim trecenteni sexageni
& quini faciunt . ii . dcccc xx . ut lunares anni totidem . Ut de
quot habeant dies octies trecenteni quinquageni & quaterni
faciunt . ii dcccxxxii . Adde xc . trium mensum embolismoru
dies faciunt . ii . dcccc xxii . Sed duo qui minus habentur in ogdo
ade solari duorum bissextorum sperant adiectione supplenda ..
Uideamus & endecadem utriusq; sideris si forte ibi sol bissextile
quaerat auxilium . Utrumq; enim tempus necesse e una regula
complectatur . undecies trecenteni sexageni & quini fiunt iiii xv .
Item undecies trecenteni quinquageni & quaterni fiunt iii dccc
xciiii . Adde embolismoru mensum dies cxx fiunt . iiii xiiii .
Tolle unum saltus diem remanent . iiii . xiii . Uide igitur si hic
opus habeat endecas solis subsidio bissextili ut addias uidelic&
duob; uel trib; dieb; lunarem compensare sufficiat endecadem .
Non utiq; eg& quadrantili iuuamine adaequiperandam lunae
endecadem . Quam duob; insup dieb; & superare pbatur . sed suis
potius quib; supabundat dieb; qd minus e in ogdoade solis adim
pl& . Liquidoq; pat& in horum concordatione temporum ..

Nihil p(ro)iudicare bissextos. sed quotquot in circulo decennouennali
incurrerint. Om(ne)s utroq(ue) siderum iuxta quod docuim(us) aequaliter
e(ss)e p(er)ficuos. Denique ut seri ipsius eius scenb(us) interna, Primo anno
circuli decennouennalis nulle sunt epacte. quia in xi kl apr(ilis)
lunae finitur e(ius) cursus, Item nono eiusdem circuli anno id est post dies
.ii. dccccxxii. viiii. kl aprilium diem xxx. e(st) luna quod etiam epacta
rum quae tunc xxviii. sunt. ordo manifeste testatur., Quid ergo opus
erat ad conpletionem lunaris ogdoadis duos solaris cursus sup(er) adicere
dies. Id est decimum et nonum kl(enda)rum aprilium. si hoc duo bissextiles poterant
p(er)ficere dies. Non ergo duos dies qui in ogdoade solis a lunari ogdoa
de minus sunt. Duorum interkalatione bissextorum. sed duorum
magis dierum qui in endecade eius a lunari plus sunt adiectione sup
plentur. Nec non et quod saltum lunae quem quidem in ogdoadis ini
tio ponunt in endecade ponendum memorauimus; Ubicumque enim
interposueris eodem p(ro)posita questio fine soluetur. et habet circulus
decennouennalis menses solares. cc. xxviii. lunares. cc. xxxv. dies
exceptis bissextis .vi. dccccxxxv. decies nouies enim duodeni ccxxviii.
adde vii. fiunt ccxxxv. Item decies nouies trecenteni sexageni et
quini. vi dccccxxxv. Decies nouies trecenteni quinquageni et
quaterni. vi dccxxvi. Adde embolismos septem mensium dies.
ccx fiunt vi dccccxxxvi. subtrahe unum saltus lunaris diem
et uno eodemque dierum numero solis et lunae cursum decennouen
nalem ciclum includere probabis. Item ogdoadas solis habet men
ses xcvi. lunae aut(em) xcviiii. Endecas uero solis menses habet cxxxii.
lunae aut(em) cxxxvi. de numero dierum supradictum est.,

DE ANNIS DNICAE· INCARNAT·, T LXXXVII.,

47 Primo decennouennalis circuli uersu temporũ ordo p̄figitur quem
greci calculatores adiocliciam principis annis obseruare., Sed dioni
sius uenerabilis abbs romanę urbis & utriusq; linguę gręcę uidelic&
aclatinę· Non ignobili p̄di tus scientia· paschales scribens circulos.
Noluit eis sicut ipse testatur memoriam impii & p̄secutoris inn&tere·
sed magis elegit abincarnatione dñi nri ihu xpi annorũ tempora p̄e
notare· quatinus & ordiũ spei nrae notius nob exister& & causa repa
rationis humanae passio idest· redemptoris nri euidentius elucer&·
Quiin primo suo circulo quingentesimũ tricesimũ sc̄dm dominicae in
carnationis annum incapite ponendo manifeste docuit sc̄dm sui circu
li annum ipsum ēē quo eiusdem sacrosc̄ę incarnationis mysteriũ coe
pit, Quia enim lunaris circulus decennouennalis .ē. solaris aũt xx
&viii· conficitur annis, Multiplicatis p̄se inuicem ambobus sum
ma quingentorũ xxx & duorũ colligitur annorũ quatandem repli
cata totus solaris lunarisq; recursus ordo inse sua p̄uestigia reuoluit̄,
Eundemq; decennouennalis lunarisq; cicli annum· Easdem epactas
lunae· solisquoq; dies concurrentes eandem xiiii· lunam eundem
dominici paschae diem aclunam ipsius & ordine restituens q̄d & iã
uictorius quamuis alterius institutionis paschalem condens descripto
tot annorũ circulo manifeste probauit·· Quia ergo sc̄do anno circu
li quem primũ dionisius scripsit· quingentesimus tricesim̄ tertius
abincarnatione dñi conpl&ur .ē. annus., Ipse est nimirũ iuxta concur
sus siderum ille inquo incarnari dignatus .ē. quiahic secundus annus
decennouennalis octauus decimus .ē. cicli lunaris xi· habens epactas

quinq; concurrentes septimanę dies . lunam paschae . xiiii^am^ . viii . kl apri .

Omnia tunc fuere simillima . & si ess& qui tunc pascha more nunc eccle
siis usitato die dominico facer& . ipsa nimirum die quomodo hic ad
notatum ē . vi . kl apr uenir& ac lunam heber& xvi^am^ . Nam quod dn̄s
xv . luna feria sexta crucem ascenderit . & una sabbatorū id est domi
nica die surrexit a mortuis . Nulli lic& dubitare catholico ne legi
quae agnum paschalem xiiii . die primi mensis ad uesperam immolari
pcipit parē & euangelio quod dn̄m eadem uespera tentū a iudaeis .
& mane sexta feria crucifixum . ac sepultum prima sabbati resurrexis
se plib& uideatur incredulus .

DE INDICTIONIBUS . LXXXVIII .

Secundus ordo circuli decennouennalis compl&titur . Indictiones xv .
annorū circuitu in sua semp uestigia reducens . Quas antiqua roma
norum industria conperimus ad cauendum errorem qui de temporib;
forte oboriri poterat institutas . Dum enim uerbi gratia qui
lib& imperator medio anni tempr uita uel regno deceder& . po
terat euenire . Vt eundem annum unus historicus eiusdem regis
adscriber& temporib; eo quod eius partem regnar& . Alter
uero historicus eundem successori illius potius adtitulandū puta
r& . eo quod & hic partem aeque eius heber& in regno . Verum
ne huiuscemodi dissonantiā error temporib; inholescer& . Statuer̄
indictiones quib; uterq; scriptor . Immo & iam uulgus omne tē
porum cursum facillime seruaret . quas pro facilitate quoq;
calculandi xv . ee uoluerunt . Ex plenissimo numero & ad multiplicandū prūptissimo [compendiosius]
transacti temporis status in memoriā poss& reduci . Quidam
autē putant quia quondam in re publica post censum quinto

anno pactum urbs roma lustraebatur .. Ad indicium ternae
lustrationis & censur indictiones ee̅ conditas. Incipiunt aut̅ indic
tiones ab viii kl octobres ibidemq; terminantur .. LXXXVIIII.

DE EPACTIS LUNARIBUS

50 Tertiae p̄fati circuli linea contin& epactas lunares quae ad cursum
solis annuatim undenis dieb; adcrescer& solent. Inde epactę
greco uocabulo id est adiectiones dictae quod p annos singulos
xi dierum ut diximus accumulentur augmento uel certe quia
ad inueniendas quotae sint lunas kalendarum xii p totū adiciun
tur annum ut sup̄ docuimus. Epactae iurae id ē adiectiones uo
cantur. & quidem p totum anni uertentis orbem sua quaeq;
dies hab& adiectiones lunares xi. Nam uerbi gratia si hodie
cum scribo quinta ē luna isto ipso die post annū xvi erit luna.
post duos annos xxvii. post iii viii. N& eadem haec quae nunc
est prius quam x & viiii annorū pacto circulo redit. sed propter
quae in circulo decennouennali annotatae sunt epactę. Lunā
quota sit in xi kl apr. ubi paschalis ē festi principium signant.
Hanc p̄fixam sui cursus regulam semp̄ obseruantes. Ut quoties
minorem xv numerum habent. paschalem lunā p̄ferant.
Quoties aut̅ maiorem insequentē lunam pascha quaerendum
praemonstrent. Quia nimirum lunae paschalis plenitudo.
Non aequinoctium praeire sed sicut in principio creaturarum
ordinatum ē. sequi potius deb&. Quando primū ortus ē sol
in inchoationem diei uernum tenens aequinoctiū. Deinde
orta est luna in inchoationē noctis autumnalis aequinoctii

tenens ipsa particulam. Unde multum errare constat eos qui lu
nae paschalis initium a tertio nonarum martiarum die querendu͞
difiniunt. quo videlic' ibi nata luna ante tempus aequinoctii
pleniluniu͞ ostendit. Ideoq; sollemnitati paschali inhabilis est.
Nos aegyptiam calculandi disciplinā quae universalis ecclesię
consensu verior apparet. Omnib; sequendam novimus Initium
videlic' primi mensis. ab viii. iduū martiaru͞ usq; in nonaru͞ apri
lium diem xiiii. uero lunas paschę. A xii kl apr usq; in xiiii kl mai.
porro diem paschę dominicu͞ ab xi kl apr usq; in vii kl mai 'hoc in luna
xv. usq; ad xxi. ēē. quaerendum. DE EPACTIS SOLIS. XC.

Quarto decennovennalis circuli tramite designantur epactę solis
idē. concurrentes septimanę dies. Unius semp ternos p annos duoz
autē p annu͞ bissextilem usq; ad septimu͞ numeru͞ adiectione crescen
tes. quarum circulus hab' annos quater septenos id ē xxviii. Quia
nimirum non ante potest consumari. Quam bissextus qui quarto
redire sol' anno cunctos septimanę dies contingat. dominicam
videlic' vi. feria. iiii. feriam. ii. fer sabbtm. v. fer. iii. fer. hoc 'enī
illos ordine pcurrit. Cumq; suas quaeq; anni dies habeat concur
rentes haeque in circulo sunt adfixę specialit. quae sint nono kl ru͞
aprilium ferię designant. Videlic' ut p prius festivitatis paschalis
exordio positae. facillima e diem epactaru͞ vel xiiii. lunae quota sit
feria pendant. Ac p hoc ā paschalis inventionē die dominici planu͞
faciant iter. Contingit aut eadem concurrentium annua dies
quod calculatorē meminisse iuvat 'iam. ii. kl apr. vii. idus apr
xviii. kl maiaru͞ 'xi kl rum earundem cuius circuli talis ē cursus

ut quae cumq; bissextili anno sunt concurrentes ipse & ante quin
quennium fuerint & post vi. annos futurae sint. Quae primo post bis
sextum anno sunt. eaedem & ante annos xi. transierint & post vi sede
ant quae secundo post bissextum. Eadem & ante sex annos ierint & post
xi. remeant. Quae tertio post bissextum. ipse & ante sex annos praete
rierint. & post v. reuertantur & huius ordo discretionis cunctos annos
uertentium conplectitur dies. Notandum sane quod huius gyri solaris
qui xxviii. annis peragitur causa facit. decennouennalis circulos xx
viii. debere conpleri. priusquam idem per omnia paschalis obseruantiae
cursus in se ipsum redeat. Ut omnis nimirum huius circuli annus. Caput
circuli decennouennalis instituat. Item annus quisq; circuli decen
nouennalis huius caput adsequatur ac per hoc tota paschalis obseruan
tiae series. Non minus quingentis. xxx duob; annis explicetur.

DE REDITU ET COMPUTO ARTICULARI UTRARUM EPACTARUM.

55 .lxxxi Verum quod facillime diem paschae uel ceteros temporum recursus
conprehendit. qui solis & lunae circulum memoriter tenet. excepto eo
quod eosdem circulos per x & viii. & per xxviii. multiplicandos partiendos
q; nouit omnis calculator meminisse debet. easdem concurrentes
solis tricesimo abhinc anno quas & proximo secuturas. easdem lx.
quas & quarto. easdem xc quas & sexto. easdem cxx quas & octauo easdem
cl. quas & x & ceteras in hunc modum esse redituras. Quocumq; enim
numero annorum transacto concurrentes scire desideras. Eundem
numerum uide quoties habeat. xxx & tricesima parte geminata
concordiam uertentium Cognoscis annorum uerbi gratia. ccc. decies
habent xxx. & propterea easdem concurrentes tricentesimo anno

quae uicesimo sunt futurae. Si quid residuũ fuerit & hoc adicies.
Eodem modo etiam in p̃tenta tempora concurrentiũ ordo respicit.
Item quia circulus lunaris decennouennalis ẽ. p̃sentis anni epactę
uicesimo anno redeunt. sequentis abhinc xl. tertii lx. quarti lxxx
quinti c. sexti cxx septimi cxl. octaui. clx. Noni clxxx. decimi cc. &
cetera similit̃. quod & de luna xiiii. paschę ceterisq: quae decennouen
nali circulo includuntur aeque sentiendum est., Poterit diligens
calculator. Hoc modo etiam plixiores sibi temporũ sequentiũ anno
tare recursus. Quib: semp meminerit etiam p̃tenti aeui congruere
spectum. Memoratu aũt dignũ uidetur quia quidam ob conpendiũ
calculandi utriusq: ordinem circuli. & solaris uidelicet & lunaris
transferr̃ in articulos. Nam quia manus humana articulos habet ad
iunctis unguib: x & uiiii. singulis his singulos aptaenter annos. lunarem
cursum in leua manu intrinsecus a radice pollicis incipiunt & in ungue
minimi digiti intrinsecus eundem consumant. Itemq: manus binę
articulos exceptis unguib: habent xxuiii. his singulos annos singulis
aptant inchoantes a minimo leuae digito & inde dexterae pollice con
plentes. Non ut in lunari ciclo singulos ex ordine digitos expedien
tes ad numerum. sed ob rectionẽ quadrantis p quaternos transuersũ
digitos quadriennium omne signantes. Ita ut minimorũ bisterni
articuli digitorũ totidem bissextiles contineant annos. Item pro
ximorũ a minimis bisterni articuli digitorũ p̃ximos a bisternis
bissextis annos totidem explicent., Secundi similit̃ secundos. &
tertii digiti tertios. totidem annos aequa ratione conplectantur .,
Porro septimus bissextilis cum trib: se sequentib: annus bis binos

sibi pollicē̃ uindic& articulos: hac siue hoc. siue alio quisq: sibi calcula
tor ordinare uoluerit modo. Nihilominus circulũ utrusq: sidens li
benter capient manus: sed innumera huiusce disciplinae sicut caetera
rum artium melius uiuae uocis alloquio quam stili signantis tra
duntur oficio.,

56 DE CYCLO LUNARI., XCII.

Quinta circuli decennouennalis regione lunaris ciclus includitur;
A quarto eius incipiens & tertio compl&us in anno qui proprie roma
norum ē. & ad mensem ianuariũ ptinens.. Nam sicut annus quisq:
decennouennalis circuli ppt legalem hebreorũ obseruationem
a paschali mense inchoat. Ibidemq: finitur. Ita & hic romanorum
institutione a luna ianuarii mensis inchoat atq: ibi desinit. Sicut
ille. sic & iste. primũ & secũ communes annos. tertium hab& embo
lismum. IIII. & V. comm VI. embo VII. com VIII. embo. Endecas quo
q: cicli lunaris instar decennouennalis circuli. VII. annos com &
IIII. hab& embolismos. & habent comm anni menses lunares XII.
id est dies CCCLIIII. embolismi aũt menses XIII. dies uidelic& CCC
LXXXIIII. preter unum dumtaxat. septimũ decimũ cicli huius annũ
qui ē decennouennalis primus: In quo unus dies ratione saltus luna
ris intercipitur. quod ut manifestius fiat. Singulorũ ex ordine
cursum uideamus annorũ. & quod dionisius in mense paschali nos
in ianuario facere curemus.,

Anno lunari primo decennouennali quarto a kl ian usq: in XIIII.
kl ian q. communis ē. fiunt dies CCCLIIII.

Anno. lũ. II. dec V. a XIIII kl ian usq: in VI id decem quam communis
est fiunt dies. CCCLIIII.,

Anno lun· iii· dec vi· a iiii· id dec usq; in v· kl ian quam embo· ē·
fiunt dies ccc·lxxx iiii.,

An lun· iiii· dec· vii· a iiii· kl ian usq; in xvi· kl ian quam com est
fiunt dies ccc l iiii.,

An lun· v· dec viii· a xv kl ian usq; in viii· id dec quam com est
fiunt dies ccc l iiii.,

An lun· vi· dec viiii· a vii· id decem usq; in viii· kl ian
quam embo est fiunt dies ccc lxxxiiii.,

An lun vii· dec x· a vii· kl ian· usq; in xviiii kl ian
quam com ē· fiunt dies ccc l iiii.,

An lun· viii· dec· xi ab xviii kl ian· usq; in iiii· non ian
quam embo est fiunt dies ccc lxxxiiii.,

An lun viiii· dec xii· a iii· non ian usq; in xi kl ian
quā comm est fiunt dies ccc l iiii.,

An lun x· dec xiii· a kl ian usq; in iii· id dec· quā comm· ē·
fiunt dies ccc l iiii.,

An lun xi dec xiiii· a ii· id dec usq; in iii kl ian quam embo
est fiunt dies ccc lxxxiiii.,

An lun xii· dec xv· a iii kl ian usq; in xiiii kl ian quam comm
est fiunt dies ccc l iiii.,

An lun xiii· dec xvi· a xiii kl ian usq; in vi id dec q comm ē
fiunt dies ccc l iiii.,

An lun xiiii· dec xvii· a v· id dec usq; in vi kl ian q embo t
est fiunt dies ccc lxxx iiii., / fiunt dies ccc l iiii..

An lun xv· dec xviii. a v· kl ian usq; in xvii· kl ian q com est

An lun xvi dec xviii · a xvi · kl ian usq: in non dec q com · e ·
fiunt dies ccc liiii ··

An lun xvii dec i · a non dec usq: in x kl ian quem embol · e ·
fiunt dies ccc lxxx iiii ··

An lun xviii · dec ii · ab viiii · kl ian · usq: in · ii · id dec quem
commun est fiunt dies · ccc · l iiii ··

An lun xviiii · dec · iii · ab id dec usq: in ii · kl ian quam embol · e ·
fiunt dies ccc lxxx iiii ·,

Idcirco autem septimi decimi lunensis anni computus ab ipso quo prior explicitus e annus die incipit & non a sequente ut caeterorum nepp saltum lunae quem dicunt unus eidem anno dies deesse uideatur ·, Quod ipsum dionisius decennouennalem ciclum · huiusmodi ordinem percurrens edocuit · ab eodem die quo ultimi conclusit tenni metas primi inchoando principium,

59 DE XIIII · LUNA · PASCHAE · XCIII ·,

Sequitur saepe dicti circuli locus amplectitur lunas xiiii as primi mensis quae paschalis dominici diem singulis annis absq: omni ambiguitate demonstrent, Nam quae post xiiii · lunam dominica dies occurrit · Ipsa e · paschalis dominicae resurrectionis dies quae quidem xiiii · luna · primum in aequinoctio · id e · xii · klrum aprilium ultimum uicesimo nono abhinc die · id est xiiii · klrum maiarum suum uespere percessum tempus ostendit ·, Quib; terminis per annos denos & nouenos legiduli tempore paschalis obseruantiae discursus constat esse comprehensos · & si sibi possit ut eadem omnib; annis sabbati die luna · xiiii · contigisset ·, Nil nrae

paschalis obseruantiae tempus a legali discrepar&, Nam &
ipsi iuxta legis edicta semp xiiii. luna primi mensis aduesperu
immolantes & comedentes agni inmaculati carnem. Sangui
nemq; illius ad repellendum exterminatorem nris postibus
aspargentes. id est baptismi & paschaliu caelebrantes sollemnia
misteriorum spiritalem superaremus aegyptum. Atq; in lucis
cente mane in luna xv. Mensis eiusdem primu azimoru diem
intraremus. vii q; dies eiusdem caelebritatis legitimos. a mane
xvmi. diei usq; in uesperam uicesimi. primi mensis ipsius. id ē. a do
minico paschae usq; in dominicam octauaru paschae debita
cum ueneratione compleremus, Sed quo lunae dies eadem
diuersas septimanae diuoluitur in ferias. Inde fit ut qui ppter
resurr&ctionem nri redemptoris in dominicum diem paschae
initium reseruare docemur., Aliquotiens nra festiuitas septimo
post legalium azimorum & cordium die sumat ingressum.,
Non tamen numquam contingat ut non nra sollemnitas paschalis
aliquidem legalium paschae dierum.. Sepe aut omis intra se con
pl&atur.. At contra hi qui dominicu paschae diem. a xvi. luna
usq; xxii. caelebrandum aestimant duplici misera laborant,
Quia & legitimu paschae principiu numquam habent. & crebro
euenit ut nullu dierum qui in lege pscripti sunt. in sua paschali
obseruatione consequatur. dum & uesperam. xiiiimi diei quo
pascha initiari statutum ē & mane xvmi. quo vii. azimoru dieru
sollemnitas inchoari pcepta., A sua prorsus festiuitate repudiant.
atq; insup in huius poenam p&cati uicesimu secundum diem.

qui in tota paschali institutione per mosen. Nec semel appellatur
inuenitur frequenter in sui paschae principium sancire praecipiunt.,

DE DIE DOM. PASCHAE., XCIIII.

61 Septimo decennouennalis circuli titulo dies paschae dominicus
comprehenditur, Qui de dominica nostri saluatoris resurrectione amor
tuis exordium coepit, Nam cum in ueteri testamento tribus argu
mentorum indiciis paschale tempus sit obseruari praeceptum., Videlicet
ut post aequinoctium ut mense primo ut tertia eius septimana.
id est a uespera xiiii lunae quod est initium xv. usque in uesperam. id est.
terminum uicesimae primae caelebretur. quarta in eiusdem obser
uatione regula est nobis a tempore dominicae resurrectionis inpo
sita. Ut cum aequinoctio transcenso lunam primi mensis xiiii.
uespere ortum facere uiderimus., Non statim ad faciendum pas
cha prosiliamus. sed dominicum diem quo ipse pascha. id est. transi
tum, de morte ad uitam. de corruptione. ad incorruptionem.
de poena ad gloriam resurgendo facere dignatus est. expectantes
in ipso. tandem congrua paschae sollemnia caelebremus., Quod
si quis obiecerit Non aequinoctii memoriam. sed tantum primi mensis
et tertiae in eo septimanae posuisse legiferum., Sciat quia et si aequi
noctium nominatim non exprimit., In hoc tamen ipso quod a plenilunio
primi mensis pascha faciendum praecipit., Aequinoctii transcensum
plenaria ratione depromit. Quo absque ulla dubietate constat eam
quae prima transito aequinoctio plenum suum globum ostende
rit. primi mensis existere lunam. Quoties ergo diem dominicum
mox adueniente xv luna habemus., Nil nostrum tempus paschale

a legali dissonat. quam uis aliis sacramentorum generib; eiusdem
paschę sollemnia colimus. Quotiens uero secundo uel. iii. uel. iiii. t v. t vi.
t vii. abhinc die idem dominicus occurrerit.. Ne sic quidem legem
aut ꝓph&as soluimus. Sed euangelicae potius gratiae sacramentis
adimplemus., DE LUNA IPSIUS DIEI.. Ixcv.. 62

Ultima sępe memorati circuli m&a panduntur lunae dominici paschę
ꝑ ꝑuenientem eiusdem dominici occursum. vii. dierum ambitu inclusę.
id est a xv. usq; ad xxi. qui profecto dies creberrima legis sunt adno
tationem ꝑfixi. dicente dn̄o. primo mense xiiii. die mensis comed&is
azima usq; ad diem xxi. eiusdem mensis aduesperam. vii. dieb; fer
mentatū non inueni&ur in domib; u̅r̅is. Cuius primi mensis vii. q; ei
dierum azimorum nunc regula aeclis̅e̅. ut quae post aequinoctium
xv. luna occurrit pmi mensis intellegatur & hanc quemcumq; vii dierū
usq; ad xxi dominicum acceperit paschalis festi gaudiis aptum porrigat.
Quod ideo totiens rep&o. quia fuere quidam qui dominicū paschae diem.,
uerbi gratia. vii kl rum aprilium die luna xx notanter dicerent. & quid
p&care nos ostenditis in constituendo tempore paschae cum nullus
umquam calculator u&uerit. vii. kl apr̄ pascha caelebrari.,
Omnib; ae que confitentib; tunc aequinoctiū ēē transcensum.,
Nullus negauerit lunam xx paschali dominico aptam. Quib; respon
dendum quia & vii kl apr̄ ubi luna congruerit. & luna xx ubi dies opor
tunus adriserit dominicum pascha rite celebrabitur. Sed q, luna quae
vii klrum aprilium die xx est pleniluniū ante aequinoctiū habuit.
Non lic& luna existente xx. vii klrū aprl dominicū paschę die caelebrari.
Quae uero in aequinoctio uel post aequinoctium plena ē. mox ubi dominicus

aderit dies pascha legitimum dabit. XCVI.

QUID INTER PASCHA ET AZIMA DISTET.

64 Et quõ de paschae obseruatione aliquanta perstrinximus & iam hoc intima replacuit. quod iuxta legis scripturã̃ alia paschae. alia sollemnitas ẽ azimorum. Una quippe dies paschę idest transitus xiiii. uidelic& primi mensis. in qua uesperascente agnus immolari iussus est. & mox sequente nocte. transiuit dñs. aegyptiorũ primogenita percutiens. & signatas agni sanguine domus filiorum isrl̃ liberans. Sequenter uero dies vii. idest á xv. usq; ad xxi mensis eiusdem. azimorũ propriae uocantur.

Scriptum namq; ẽ. in exodo. ubi agnus immolari xiiii. die primi mensis ad uesperam mandatur. Et comed&is festinantes. est enim phase. idest transitus dñi. & transibo per terrã aegypti. & paulo post. Et cum dixerint uob filii uři quae ẽ ista religio. dic&is uictima transitus dñi ẽ. quando transiuit sup domus filiorum isrł in aegypto. percutiens aegyptios. & domus nras liberans. Item in leuitico. mense primo. inquit xiiii die mensis ad uesperam phase dñi ẽ. & xv die mensis huius. sollemnitas ẽ. azimorum dñi. vii. dieb; azima comed&is. dies primus erit uobis celeberrimus. sersq; omne opus seruile non facie tis in eo. sed offer&is sacrificium dño in igne vii dieb;. & ne nos quispiam uerba legis aliter quam ueritas hab& intell&isse autum&. Videat doctissimus legalium litterarũ & sacerdos. quid de his sentiat. iosephus scribit in libro antiquitatũ in hunc modum xiiii luna primi mensis. agnus immolat̃. xv aũt succedit festiuitas azimorũ. quae vii. dieb; caelebratur. Secunda uero azimorũ die. quae ẽ xvi. frugũ primitias quas m&unt offerunt. quem legaliũ morem sacrorum & iam nunc

† nocte illa. percutiamq; omne primogenitum in terra aegypti.

ecclesiae consuetudo: non ignobiliter imitatur. Unam uidelicet noctem transi tur dominici: id est resurrectionis eius amore tuis: quae impios triumphando: fide les saluare dignatur est principaliter obseruans. In cuius ortu sanguis ipsius uideli cet agni inmaculati: populum eius fonte regenerationis ablutum mundat ab omni peccato ac deinde alias vii. dies in memoriam: eiusdem dominicae resurrectionis congrua festiuitate subiungens. Verum quia ipsa quoque dies paschae: a fermento castigari praecipitur. Hanc euangelii scriptura aliquando primam azimorum Cognominat: et primo inquiens die azimorum quando pascha immolabant. dicunt ei discipuli. quo uis eamus: et paremus tibi ut manduces pascha. Item diem xv mensis primi a qua vii. dies azimorum inchoant. propter uicinam paschae nomine uo cat illius. Cum dicit. Et ipsi non introierunt in pretorium: ut non contamina rentur: sed manducarent pascha. Non quia legi contraria est. euangelica scriptura: sed quia sacramentum quod decebat: hac nobis sociatae uocabulorum uiuacius incul care curauit. Salua enim subtiliori discussione possumus intellegere: quod mystica paschae sollemnia singuli nostrum in die baptismatis egerint. Spiritalem uidelicet exterminatorem: signo pretiosi sanguinis euadendo. Spiritales transeun do tenebras: toto autem uitae proficientis tempore quod de incepi in hac peregri natione gerimus: vii dies azimorum caelebremus. Quibus sic apostolus edocet. Non in fermento malitiae et nequitiae: sed in azimis sinceritatis et ueritatis: epu lari debemus: et quia nos in baptismo ut de potestate satanae: in partem sanctorum sortis transire quaerimus: sinceritate ac ueritatem tenere necesse est. Item que toto nostrae peregrinationis tempore: quod septinario dierum numero uoluitur: cotidiano profectu ad meliora transire praecipimur. Quasi et in pascha azimis uesci: et in diebus azimorum: pascha spiritaliter agere cognoscimur.

TIPICA PASCHAE INTERPRAETATIO. XCVII.

64 Nam sicut tota paschalium obseruantia caeremoniarum ita &iam tempus
quo agi p̄cepta ē. totum mysteria sacra redol&. In p̄mis namq; aequinoctiū
transgredi in dominici paschae caelebratione iuxta legis decr&a curam̄.
Ut uidelic& sollemnitas in qua mediator dī & hominū destructa potestate
tenebrarum mundo lucis iter aperuit &iam temporis ordine foras quid
intus habeat ostendat. & quae nob a&nae beatitudinis lumen p̄mittit.,
Tunc maxime caelebr&ur. Cum solis lumen annuo p̄ficiens incremento
p̄mam sumit de noctis umbra uictoriam. deinde mensem p̄mū anni qui
& nouorum uocatur. in quo pascha caelebremus adtendimus., Ipse aūt
est mensis in quo mundus iste formatus & homo est p̄mus in paradiso se
de locatus. Quia p huius mysteria sollemnitatis p̄mam nos stolam recep
turos. p̄mum supernae beatitudinis regnū a quo in longinquam regio
nem discessimus., Nos rep&ituros eē speramus. de cuius gloria regni
beatus apls p&rus. Caelos aūt nouos inquit & terram nouam & p̄missa
ipsius exp&tamus. In quib; iustitia habitat. sed & iohannes in apocalipsi
sua & dixit qui sedebat in throno ecce facio omnia noua. deinde &iam
tertiam mensis eiusdem septimanam in pascha obseruamus. quod resur
r&tionis dominicae gaudiis aptissime congruit. quia & eadem sacro
scā eius resurr&tio tertia die facta ē. & tertio tempore scli id ē. cum gratiae
caelestis aduentu tota eius in carne dispensatio. quae p resurr&tionis
consummata ē. gloriā mundo apparuit., p̄ma namq; scli tempora lege
naturali p patres., Media lege litterali p proph&as. extrema charismate
spūali p se ipsum ueniens inlustrare dignatus ē. sed & ipsa tunc lunae
conuersio pulcherrimū nobis sacramenti caelestis sp&taculum p̄b&.,
Namq; luna quae rotundi facta scematis a sole lumen ut supra diximus

accipit. Ideoq: semp ex dimidio orbe quem ad solem habet lucida ē. ex
altero aūt dimidio semp obscura; A p(ri)ma usq: ad xv(am) lucis crementum ꝙ
eiusdem suę lucis a terrenis auersum paulatim ad caelestia reuestit. Quae
nimirum eius conuersio rectae paschalis gratiae mysteria signat. quib:
omnē mentis nr̄ae gloriam a uisibilib: ac terrestre dilictis caducisq: fauorib:
atq: ad solem caelestis gratiae lucem suspendere contemplando docemur
uel si utramq: eius conuersionē in bonum delectat interptari. possumus
intellegere quod crescens ad oculos humanos lumen lunae uirtutum
gratiam quib: apparens in carne dn̄s mundo inluxit insinuet. De quib:
dicitur & ihs pficiebat sapientia & aetate & gratia apud dm̄ & homines.
Recrescens uero ad caelos resurrectionis ascensionisq: illius gloriam desig
nat. quae in se quidem ipsa mox pfecta prouenit. sed in animo fidelium
quib:dam lucis suę profectib: usq: ad finem sc̄li crescere non desinit.
Resurgens enim dn̄s a mortuis primo singulis ac binis ac deinde plurib;
modo vii. modo xi. modo xii. modo plusquam quingentis fratrib; simul
ad ultimum discipulis omnib; apparuit. quib; uidentib; ascensurus in cae
lum pcepit eos suę dispensationis ēē testes in hierusalem. & in omni iudea
& samaria & usq: ad ultimū terrae. & bene luna cum nr̄os crescit ad oculos
paulatim a sole recedit. Cum uero ad caelos parib; ad eum spatiis redit.
hoc ē enim quod ipse dicit. exiui a patre & ueni in mundum. Iterum
relinquo mundum & uado ad patrem. & quod de illo psalmus. A summo
caelo egressio eius & occursus eius usq: ad summum eius. Quia ergo luna
eo suę lucis incremento quo discedens a sole ad nr̄os euoluit obtutus dn̄i
saluatoris in carne usq; ad tempora passionis doctrinā uirtutesq: signi
ficat. Eo aūt quod ad solem rediens paulatim ad inuisibilem nob caeli

faciem se recolligit. resurrectionis illius ac posterioris gloriae miracu
la demonstrat. merito a xv. paschalis uoti gaudiis apta p̄dicatur. his
quidem paschalis temporis a legis obseruatione sumptis indiciis heredes
noui testamenti etiam diem dominicam quam scripturae unam siue pri
mam sabbati cognominat adnectimus. Nec inmerito quae et conditione
primitiuae lucis excellens et triumpho dominicae : resurrectionis insignis et nr̄ae quoq;
nob resurrectione maen& semp̄ exoptabilis. vii. q̄q̄ dies lunae id est a xv.^a
usq; ad xxi.^{am} p̄ quos eadem dominica naturali ordine discurrit uniuersita
tem ecclae quae p̄ totum mundum paschalib; ē. redempta mysteriis ap
te denuntiant. Nam et septenario sepe numero uniuersitatem designa
re scriptura consueuit. Unde quod ait propheta. septies in die laudē dixi
tibi. Nil melius intellegitur q̄. quod alibi ait. semp̄ laus eius in ore meo.
Et specialiter totam catholicae ecclae p̄fectionē eo figurari. Iohannes
testatur qui ad vii asiae scribens ecclesias. uniuersalis orbem ecclae
mysteria patefecit. Unde et p̄ omnia quae singulis septem scribit hor
tamenta hunc uersiculum intexere curauit. Qui habet aures audiat
quid sp̄s dicat ecclesiis. Quod uni cuilibet dixerat hoc omnib; se dixis
se palam p̄bans ecclesiis. Nec minus etiam moralem nob commendans
paschalia tempora sensum. In nomine quidem paschae ut de uitiis ad
uirtutes transitum cotidie faciamus spiritalem. In mense aūt nouor
in quo adulti fructus aduentu suo p̄nuntiant. Ut uetrum cessationem
ut exuentes ueterem hominē cum actib; ei renouemur sp̄u mentis nr̄ae
et induamus nouum hominem qui sc̄dm dm̄ creatur ē in iustitia et sci
tate ueritatis et uti ueget ati diuersarū uarietate uirtutum. earumq;
foliis uelut ÷ tamquam laetae atq; fructifere segiter pullulemus
÷ amoene arboris adumbratione uelati.

inplenilunio ut perf&tum splendorem fidei &sensus gerentes a p&cati
tenebris segregemur. In reuersa eadem luce lunam adcaelos quod a xv
luna fieri incipit. Ut quanto magni sumus humiliemur inomnib;
dicentes cum apostolo singuli. Gratia autem dei sum id quod sum. Quae
perf&to gratia muneris superni quia tertio tempore saeculi manifestius effusa est.
pulcherrima figurarum consequentia. tertiae luna ebdomade lumen
ipsius quod hactenus adterras creuerat. adcaelestia iam crescere in
choat. Pulchrae hanc inpascha obseruare praecipimur. Ut gratiae
quam accipimus numquam obliti per singulos gradus spiritalis tran
situs largitori illius oboediendo uicem rependere meminerimus uel
certe increscente adhomines luna uitae nobis actiuae. In reuersa uero
adcaelos speculatiuae typus ostenditur. uel inhac nobis conuersione
dil&tio proximi in illa dei signatur auctoris aut huc conuersus lucis ei
perf&tius ut bona foras operemur ammon&. Porro illuc ut eadem bona
opera solo supernae mercedis intuitu geramus huc ut luceat lux nostra
coram hominib; & uideant bona nostra opera. Illuc ut glorificent patrem
nostrum qui in caelis est. In una sabbati quae noui testamenti propria sollem
nitas est. instruimur ut spe futurae nostrae in christo resurr&tionis patienter
in praesenti omnia aduersa pro christo & ipsam mortis toleremus iniuriam.
Audientes ab apostolo quia si spiritus eius qui suscitauit ihesum amortuis habitat
innobis. qui suscitauit ihesum amortuis uiuificauit & mortalia corpora nostra
propter inhabitantem spiritum eius innobis. Cuius spiritus quia septiformis est. gratia potest.
eadem vii. dierum lunarum numero quo praefata una sabbati. id est. dies
dominica circumfertur intimata noninconuenienter intellegi. Uerum
demysterio temporis paschae si qui plenius scire uult legat beati aureli

agustini ad ianuarium epistulam.. XCVIII..

65 DE CIRCULO MAGNO PASCHAE..

Circulus paschae magnus est. qui multiplicato per inuicem solari ac deratio
ne paschali lunari ciclo quingentis xxx duobus conficitur annis. siue enim
decies nouies uicenos & octoni seu uicies octies deni ac nouem multiplicen
tur quingentorum xxx duorum numerum conplent.. Unde fit ut idem cir
culus magnus decennouennales lunae circulos xxviii. Solis autem uiuice
nis octoni que consumari solent annis. x & viiii. habeat circulos bissextos
decies nouies septenos id est c. xxx iii.. Menses solares uicies octies ducen
tos uiginti & octo. id est sex milia trecentos octoginta quattuor..
Menses autem lunares uicies octies. cc xxx v. id est vi d. lxxx dies exceptis
bissextis uicies octies. vi dcccc xxx v. id est. c xc iiii clxxx. adpositis autem
bissextis. c xc iiii ccc xii. qui ubi memoratam ex ordine mensium dierumque
summam conpleuerit.. Mox in se ipsum reuolutus. cunctaque ad solis
uel lunae cursum pertinent.. Eodem quo prius tenerant semper tenore restau
rat. tantum anni dominicae incarnationis suo certo tramite proficiunt
in maius. & indictiones quoquo ferantur in ordine. nil siderum cursu
atque ideo nil paschalis calculi ordinem mouent.. Quod ut aptius cla
rescat placuit eundem plenario ordine circulum praesenti opusculo
praeponere sumpto exordio a quingentesimo tricesimo secundo domi
nicae incarnationis anno.. Ubi primum dionisius circulum coepit.
Et perducto opere usque ad millesimum sexagesimum tertium eiusdem sacro
sanctae incarnationis annum.. Quatinus legentes quique non solum praesentem
uel futurum perspicere. sed & praeteritum omnem paschalis statum temporis
inerrabili possint intuitu respicere atque ad dilucidationem

pyscae l&ctionis annos omis qui aliquando inquestionē uenerant ..
quando uel quales fuerint euidentius agnoscant ..

DE SEX HUIUS SECULI AETATIBUS .. XCVIIII ..

66

De sex huius mundi aetatib; ac septima uel octaua quis&is uitaeq; caelestis & supra inconparatione primae ebdomadis inqua mundis ornatus ē. ali quanta pstrinximus & nunc inconparatione aeui unius hominis qui micro cosmos grece aphilosophis hoc ē minor mundus sol& nuncupari. de eisdem aliquanto latius exponemus., Prima ē ergo mundi huius aetas abadam usq; adnoe continens annos iuxta hebraicam ueritatē mille dclvi. iuxta lxx interptes. ii. cclxii. generationes iuxta utrāq; editionem numero x. quae uniuersali ē. del&a diluuio. sic prima cuiusq; hominis obliuio demergere consueuit aetatē., Quotus enim quisq; ē. qui suam record&ur infantiam., Secunda aetas anoe usq; adabraham generationes iuxta hebraicam auctoritatē conpl&a. x. annos autem cc. xcii. porro iuxta lxx intptes anni. cclxxii., Generationes uero xi. haec quasi pueritia fuit generis populi dī. & ideo inlingua inuen ta ē. idest hebrea., Apueritia namq; homo incipit nosse loqui post infan tiam quae hinc appellata ē. quod fari non potest., Tertia abraham usq; addauid generationes iuxta utramq; auctoritatē. xiiii., Annos uero dcccc xlii. conplectens., haec quaedam uelud adulescentia fuit populi dī a qua aetate quia incipit homo posse generare., propter ea matheus euangelista generationum exabraham sumpsit exordium., Qui &iam pater gentium constitutus est quando mutatum nomen accepit.,
Quarta adauid usq; adtransmigrationem babylonis habens annos iuxta hebraicam ueritatem. cccc lxx iii.,

Iuxta lxx translationem xii. amplius generationes iuxta utrosq; codices xvii. Quas tamen euangelista matheus certi mysterii gratia xiiii. ponit. A qua uelut iuuenali aetate in populo di regum tempora coeperunt. Haec namq; in hominib; aetas apta gubernando solet exsistere regno. Quinta quasi senilis aetas a transmigratione babylonis usq; in aduentum dni saluatoris in carnem.

Generationibus et ipsa xiiii. porro annis dlxxviiii. extenta. In qua ut graui senectute fessa malis crebrioribus plebs hebrea quassatur.

Sexta quae nunc agitur aetas nulla generationu uel temporum serie certa. Sed ut aetas decrepita ipsa totius seculi morte consumenda.

Has erumnosas plenasque laboribus mundi aetates quique felici morte uicerunt. Septima iam sabbati perennis aetate suscepti.

Octauam beatae resurrectionis aetatem in qua semp cum dno regnent expectant.

EXCERPTUM DE ASTROLOGIA. I

Duo sunt extremi uertices mundi quos appellant polos septem
trionis & austri. Quorum alter a nobis semper uidetur alter numquam.
Ideo quia a nobis cernitur tria sunt signa constituta, Duo scilicet arctum
& serpens circum atque inter illos in morem fluminis means. helice
arcturus maior. cynosura minor appellatur. quae diuersum qui
dem aspiciunt, Nam dorsa earum sibimet mutuo abuertuntur auersis
huc atque illuc pedibus, Serpens uero cauda cingit helicen, cetero cir
cuitu cynosuram. Ita tamen ut eas idem medius inter labens separet.
cuius caput ad dextrum pedem ei qui in geniculo stat uidetur ex
tensum, Ille uero qui in geniculo stat quem herculem dicunt dextro
pede caput premit serpentis capite ad austrum conuerso umeris suis
coronae tangit confinia. Ipsa autem corona post tergum herculis sita
capiti serpentis quem serpentarius tenet adpropinquat, Serpentarius
uero qui a grecis opiuchus uocatur sub herculae positus ad austrum
uersis pedibus scorpionem calcat serpente praecinctus quem utraque manu tenet
qui plurima longitudine protentus usque ad coronae extenditur Iuxta huius
serpentis flexuosa uolumina, Nullo alio intueniente signo bootes post
tergum arctum maioris uidetur pedibus ad uirginem uersis. Item uirgo
sub pedibus bootis est. constituta contra guttur uero & pedes anteriores ursae
maioris in commissura zodiaci atque lactei circulorum gemini sunt locati
habentes a leuo latere agitatorem cum haedulis duobus qui contra caput
helicis capite uerso pede dextro sinistrum tauri cornu tangere uidetur.
Iuxta geminos qui zodiacus altissime erigitur contra uentrem ursae
maioris cancer situs est. habens in dorso asellos albicantes inter eos nubicula

← Ottl. pl. 22

quae presepium appellatur. At contra pedes eiusdem ursae posteriores in
ter cancrum & uirginem leo dicitur constitutus bootem habens iuxta se.
Sub pedibus uero agitatoris taurus iacet uno pede pertento ad orionem qui sub
illo est constitutus. Cepheus inter lyram & cassiepiam medius expansis brachiis
pedib; ad tergum minoris ursae porrectis. Cassiepia contra uolumen maxi
mum septemtrionalis serpentis inter agitatorem perseum andromedam ce
pheum que consistit in lacteo circulo. Inter pisces cassiepiam atq; arietem an
dromeda est locata cum triangulo quem post tergum habere dicitur caput
uersum habens ad aluum equi quia equus supra est positus. Aries in commissu
ra zodiaci atq; aequinoctialis circuli sub triangulo situs est. habens sub se
cetum ad australem partem. Approximum ei signum pisces duo quorum alter
in aquilonem erectus. Alter in austrum pronus. caudis tamen uinculo quo
dam conexis conligati sunt. Aquilonius ad andromedam extenditur
austrinus ad aquarium. Iuxta pedes autem andromede a latere cassiepiae
perseus ostenditur gorgonis caput manu sinistra tenens cuius sub femore sinis
tro iuxta caudam tauri pleiades uidentur constitute. Lyra uero inter
laeuum crus herculis & inter cignum posita est. Sed cignus expansis alis uolanti
similis ad dexteram cephei manum dextram alam sinistram ad pedes equi
porrigit. Inter pisces & equum caudamq; capricorni aquarius est conlocatus
aquam urna fundens. quae effusio ad magnum piscem usque decurrit.
In parte autem humillima zodiaci iuxta sagittarium atq; aquilam capricor
nus in commissura hiemalis circuli ac signiferi situs est. habens post se
sagittarium in commissura circulorum zodiaci atq; lactei sub delphino
constitutum. Est & sagitta quaedam sola sub cigno iuxta aquilam iacens.
Supra capricorni uero caput delphinus est positus post caudam serpentis

quia serpentario tenetur. Sub ipso autem serpentario scorpionem dicunt esse locatum. Ita ut pedibus serpentarii tangatur. & habere sub se ad australem plagam centaurum bestiam manu quasi ad aram ferentem. Haec ara aquibusdam sacrarium uocatur. & est contra summitatem caudae scorpionis ad austrum posita. Brachia uero scorpionis locum optinent quem libram dicunt eo quod in eo sol aequinoctium faciat autumnale. Hydra quoque iacet in circulo aequinoctiali nimia longitudine protenta capite cancro medietate leoni cauda uirgini subiecta coruum atque urnam in dorso gestans.

At sub pectore tauri orion gladio accinctus conspicitur lepori qui sub pedibus ei est suppositus. Habet enim post uestigia sua canem quem syrium quemque caniculam appellant collocatum cancri signo subiectum. Ante quem sub geminis anticanem cognoscere potes. Post caudam uero syrii ad austrum nauis quam argo dicunt uidetur effulgere. At sub pede sinistro orionis fluuius quem heridanum uocant flexuoso cursu sublabitur usque ad cetum. Cetus autem subiacet arieti ac piscibus longissimo tractu porrectus. Post cuius caudam longo quidem interuallo sub aquario & capricornio in austrum proiectus piscis magnus conspicitur ultimum eorum quae uideri possint signorum effusionem urnae aquarii qui ad ipsum usque decurrit accipiens.

DE ORDINE AC POSITIONE STELLARUM INSIGNIS. T. II.

Est quidem in ordo & positio siderum quae fixa caelo plurimum coaceruatione stellarum insignum aliquod formata uel fabulose uariarum genera formarum in caelum recepta creduntur. Quorum nomina non naturae constitutio. sed humana persuasio quae stellis numeros & nomina fecit adinuenit. Sed quia iuxta aratum numerus stellarum unicuique signo adscriptus est eo quod ab ipso est ordine digesta descriptio proferatur.

Signo adscriptus est eo quod ab ipso est ordine digesta descriptio proferatur.

cf. De signis caeli Beda I (Migne) p. 945

Helice arcturus maior. hab& stellas in capite. vii. in singulis umeris singulas. In armo. i. in pectore. i. In pede priori claras duas. In summa cauda claram unam. In uentre claram unam. In crure posteriori duas. In extremo pede duas. In cauda. iii. fiunt. xxii.

Cinosura arcturus minor. hab& stellas in uno latere. iiii. claras in quadris positas in cauda claras. iii. fiunt. vii. sub his appar& sidus quod uocatur polus circum quod putatur totus orbis uerti.

Serpens qui inter arcturos medius iac&. hab& stellas in capite claras. v. In corpore toto. x. fiunt. xv.

Hercules qui & ingeniculo dicitur hab& stellam in capite. i. In brachio. i. In umeris singulas claras in sinistro cubito. i. In ipsa manu. i. In utrisque ilibus. i. In dextro femore duas. In pede unam. Supra dextram manum id est in claua. i. In pelle leonis. iiii. summa. xvi.

Corona hab& stellas ·viii·
In orbem positas quarum ·iii·
claras quae contra caput
serpentis septen trionali
sunt.,

Serpentarius qui graece
ophiucus uocatur hab&
stellam in capite claram
unam in singulis umeris
claras in singulis pedibus
claras. In sinistra manu ·iiii·
In d&ra ·iiii· claras. In cubitis
singulis singulas.

In singulis genib: singulas.
In d&ro crure claram. sūma
XVII. Serpens quem manib:
ten& hab& stellas in ore ·ii·
In capite paruas ·iiii· usq: ad
manum se tenentis ·ii· In flexu
corporis ·v· summa
XIII.

Scorpius hab& stellas in sin
gulis cornib: uel potius
labus binas ex quib: priores
clarae sunt. In fronte ·iii·
quarum media clarior ē.
In dorso ·iii· claras. In uentre
duas. In cauda ·v· In aculeo
·ii· summa XVIIII.
Ex his priores ·iiii· quae in cor
nibus uel labus quae chelę
appellantur positae sunt
librae adsignantur. Hic aut̄
ob magnitudinem in duo

domicilia idest inspatium
duorum signorum
pastitur..

Bootes quigrecę arcto
phylax uocatur hab&
stellas indextera manu .IIII.
quae non occidunt.
Incapite claram unam.
Insingulis umeris singulas.
Inmamillis singulas
lucidior est indextera.
submamma unam obscurā.
Indextro cubito claram
unam. Intergenua utraq;
claram,. Insingulis pedib;
singulas summa
XIIII.

Virgo hab& stellam incapi
te obscuram .I. Insingulis ume
ris singulas. insinistra ala
obscuram .I. Indextera ala .I.
Insingulis cubitis singulas.
Insingulis manibus singulas.
Insinistra clariorem
quae uocatur spica. Intunica
obscuras VI. Insingulis
pedibus singulas summa XVIII.

Geminorum unus qui iuxta
cancrum est hab& stellam
in capite claram .I. In singulis
umeris singulas claras.
in dextro cubito .I. In singulis
genib; singulas. In pedib;
singulis singulas fiunt .VIII.
Alter hab& in capite .I. in mam
mis singulas. In sinistro cubito
.II. in summitate manus .I.
In sinistro genu .I. in pedib;
singulas iuxta sinistrum
pedem .I. quae uocatur ppus
fiunt .X.

Cancer hab& stellas in pectore
duas claras quae appellant
asinos. Inter quas est nubicu
la quae candidi coloris ap
par&. quam psepium uocant.

In dextris pedib; singulas quae
sunt IIII. obscurae. In sinistra par
te in pede priori .II. claras. In sedo .II.
In tertio .I. In quarto paruam .I.
In dextro cornu uel labio .III.
In sinistro .II. fiunt XVII.
Ex quib; duae quas in pectore
cancri diximus cum aliis
duab; minoribus & obscuris
asini dicuntur habent autē
stellas .IIII.

Leo hab& stellas in capite .III.
In collo .II. In pectore .I. In spina
.III. In cauda media .I.
In summitate caudę claram .I.
sub pectore .II. In pedib; priorib;
claram unam sub uentre
claram .I. In medio tacte
uentre claram .I. In ilib; .I.

In posteriori genu I.
In prospoda claram unam
summa XVIII. Videntur
& aliae iuxta caudam eius
stelle obscurae VIII.

Auriga uel agitator quem e
ricthonium dicunt. hab&
stellam in capite I. In singulis
umeris singulas. In sinistro
clariorem quae appellatur
capra. In singulis genibus
singulas. In summitate
manus duas. In sinistra
manu duas qui uocantur
haedi. summa
VIIII.

Taurus hab& stellas in utro
q; cornu I. In utroque
oculo I. In naso I. hae quin
q; hyades appellantur.
In ungula III. In collo II.
In dorso II. ultimam claryo
rem. sub uentre unam.
In p&tore unam claram
summa XV[illegible] sunt & sep
tē stell[illegible] quas ath
lanti des u[illegible] pliadas
uocant. quarum sex
uidentur septima obscura
est dicunturque in cauda
tauri positae.

Cepheus habet in capite stellas claras .II. In dextra manu claram .I. In cubito obscuram .I. In sinistra manu claram .I. In sinistro umero unam. In balteo .III. obliquas. In dextra coxa .II. In sinistro genu .II. In summitate pedis .I. supra pedem .III. fiunt XVII.

Cassiepia habet in capite stellam claram .I. In singulis umeris singulas claras.

In dextra mamilla claram .I. In dextro femore claram .I. In sinistro femore claras .II. In genu claram .I. In basi sellae quae sedet claras .II. summa .X.

Andromeda habet stellam in capite splendidam .I. In singulis umeris singulas. In dextro cubito .I. In manu claram .I. In sinistro cubito claram .I. In brachio .I. In cinctu .III. Supra zonam .IIII. In genibus singulis claras singulas. In dextro pede .II. in sinistro .I. summa .XVIIII.

Equus quem pegasum uocant
hab& stellas in faciae
claras · II · in capite · I · In coxa
· I · In auribus singulis
singulas claras · in collo · IIII ·
proximam capiti claram
in armo · I · in p&tore · I ·
in umbilico · I · in utroque
genu · I · In ungulis singulas
fiunt · XVII ·

Aries hab& stellam in capite ·
· I · In narius · III · in collo duo ·
In sum mitate pedis
d&tri claram · I · In dorso
· IIII · In cauda unam In summi
tate pedis sinistri unam

fiunt XIII ·

Triangulus quem greci
deltoton uocant hab&
stellas · III · In singulis
angulis singulas ·

Pisces duo quorum unus
qui borius id est aquilo
nalis appellatur hab&
stellas · XII · Notius autem
qui australis uocatur
XV · Linea quib; sibi inui
cem con&xi sunt hab&
stellas ad partem borii
III · ad notii · III · ad occi
dentem · III · summa
stellarum · XXX[illegible]

Perseus hab& stellas in singulis umeris singulas claras. In dextra manu claram .I. In sinistra manu in qua caput gorgonis ten& .II. In uentre .I. In dextro latere clarã .I. In genu .I. In pede clara .I. In sinistro femore clarã .I. In tibia .II.

Lyra quae & fidis hab& stellas in utroq; pectine singulas. In cacuminib; cornuorũ singulas. In umeris singulas. In fundo

unam In dorso unã fiunt .VIII.

Cignus hab& stellam in capite claram .I. In utroq; ala quinas. In corpore .I. In cauda unam fiunt .XIII.

Aquarius hab& stellas in capite obscuras .II. In umeris singulis claras singulas. In sinistro cubito .I. clarã. In dextro cubito .I. & in manu .I. In mãmis singulas. In dextro crure .I. In pedib; singulas claras. summa .XII. effusio

quae notata est &tellis
xxx· exquib; duae clarae
ca&erae obscurae sunt.,

Capricornus hab& stellas
insingulis cornib; singulas
innaso claram·i·Incapite·ii·
sub collo·i·Inp&tore·ii·
Inpede priori·i·insummi
tate pedis·i·Indorso·vii·
Inuentre·v·Incauda·ii·
claras summa xxiiii.,

Sagittarius hab& stellas
incapite·ii·Incacumine
sagittae·ii·Ind&extro cubito·
i·Inmanu·i·Inuentre·i·
claram·indorso·ii·
Incauda·i·ingenu priori·
i·insummo pede·i·
Inposteriori·genu·i·
fiunt·xiii.,

Aquila hab& stellas·iiii·
&his media clara est
sagitta hab& stellas·iiii·
Insummo·i·inmedio·i·
inalia summitate·
·ii·

Delphinus hab& stellas
inore·i·Incornu·ii·in
uentris pinnulis·iii·
indorso·i·incauda·ii·
omnes·viiii.,

·Orion hab& stellas incapite·
iii· claras· insingulis
umeris singulas claras
ind&xtro cubito· i· obscuram·
ind&xtra manu· i· inbalteo·
iii· in&chiridion· iii·
claras· ingenib; singulas
claras inpedibus singulas
fiunt· xvii·.

Canis hab& stellam inlin
gua· i· quam caniculam
appellant claram· Inar
mis singulis singulas
obscuras· Inp&ctore· ii·

inpede priore· iii· inuentre· ii·
Insinistro femore· i· In&xtre
mo pede· i· claram incauda·
iiii· fiunt· xvi·.,

Lepus hab& stellas inocu
lis singulas· Incorpore· ii·
In&xtremitate caude· i·
Inposterioribus pedibus
singulas· fiunt· vii·.,

Nauis quae aput grecos
argo nominatur hab&
stellas inpuppe· iiii· Inla
tere· v· insummo mali· iii·
sub carina· v· summa· xvii·
quia non tota caelo sed
agubernaculo usq; adma
lum figuratur·.

Cetus habet stellas in cauda claras ·II· & a cauda usq: ad flexum eius ·V· sub uentre ·VI· fiunt ·XIII·.

Fluuius quem heridanum dicunt habet stellas primo flexu ·III· secundo ·III· tertio ·VII· quae dicuntur ora nili summa ·XIII· huic subest stella quae canopus appellatur.

Piscis magnus habet stellas ·XII· in ordine positas a capite usque ad caudam.

Ara siue sacsterium habet stellas ·III· duas in igne qui ei inpositus ardet & in basi duas.

Centaurus habet stellas in singulis umeris singulas & in cubitis binas in pectore ·IIII· In reliquo

corpore ·x· Inpedib; ·ii· in
ueste ·ii· Inthirso quem
portat ·ii· inbestia quam
manu ten&· ·x· inipsa ma
nu ·ii· incapite ·v· fiunt
xl iiii.,

Serpens quem hydrum no
minant hab& stellas inca
pite ·iii· claras Inprima fl&u
ra ·vi· insecunda ·iii· Inquar
ta ·ii· Inquinta usq; adcaudā
viii· claras fiunt xxvi.,

Coruus incauda sp&tans
occasum hab& inoculo
stellam ·i· Inpinnis ·ii·
incauda ·ii· inpedibus
singulas fiunt.,

Cratera siue urna posita
ultra prīmā fl&urā serpen
tis. hab& inlabio stellas ·ii·
obscuras inuentre ·tres· in
fundo ·ii· fiunt ·vii·.,

Anticanis hab& stellas ·iii·.,

DE POSITIONE ET CURSU SEPTEM PLANETARŪ.,

·iiii· Inter caelum & terrā certis
discr&a spatiis septē sidera
pendent quę abincessu uo
camus erratica cum erreni
nulla minus illis. quorum
summum saturni sidus. q ideo Plin. 2, 8, 32
q; minimū uideri. & maximo
abire circulo ac tricesimo
anno ad breuissima sedis

sue principia regredi certum ē. Inde inferiorem iouis circulū &ideo
motu celeriorem duodenis circum agi annis. Tertium martis sidus ig
ne ardens solis uicinitate binis ferre annis conuerti. tum solis meatū ēē
partium quidem .ccclx. sed ut obseruatio umbrarum eius redeat adno
tas quinos annis dies adici superq; quartam partem diei quam ob causam
quinto anno unus intercalarius dies additur. ut temporum ratio solis
itineri congruat. Infra solem ambit ingens sidus appellatū ueneris
alterno meatu uagum signiferi circuitum pagit trecentis &duo dequin
quagenis dieb; a sole numquam absistens partib; sex atq; xl longius.
Simili ratione sed nequaquā magnitudine aut ui pximū illi mercurii
sidus inferiore circulo fertur. Nouem dieb; ociore ambitu. modo ante
solis exortum. modo post occasum splendens. Numquam ab eo xx
duabus partib; remotior. Ideo &peculiaris horum siderū ratio est.
Neq; communis cum supradictis. Nam eae &quartae parte caeli a sole ab
Plin. 2,9,41 esse &tertia &aduersa soli saepe cernuntur. Sed omniū ammirationē
uincit nouissimū sidus terris familiarissimū luna crescens semp aut
senescens. modo curuata in cornua facie. modo aequa portione diuisa.
modo sinuata in orbem. maculosa eademq; subito praenitens inmensa
orbe pleno ac repente nulla. Alias pnox. alias sera. &parte diei solis
lucem adiuuans. deficiens &in defectu tamen conspicua. Iam uero
humilis &excelsa &ne id quidem uno modo. sed alias admota caelo alias
contigua m[...]tib;. Nunc in aquilonem elata. nunc in austros deiecta.
pxima ergo cardini. Ideoq; minimo ambitu uicenis dieb; septenisq;
&tertia diei parte pagit spatia. Eadem quae saturni sidus altissimū
xxx ut dictum ē. [hole] annis. Deinmorata in coitu solis biduo cū

tardissimae atq; cesima luce ad easdem uices exit.,

DE INTERUALLIS EARUM., IIII·

Interualla earum a terra multi indagare temptarunt & solem ab ea
a luna undeuiginti partes quantum lunam ipsam a terra pdiderunt.,
Sed phitagoras uir sagacis animi a terra ad lunam .CXXV. stadiorum
collegit ad solem ab ea duplum. Inde ad xii. signa triplicatū., Interdum
& musica ratione appellat tonū quantum absit a terra luna. Ab ea
ad mercuriū dimidium spatii. hoc ē semitoniū & ab eo ad uenerem tan
tundem a quo ad solem sescuplum id ē. tria semitonia., A sole ad martē
tonum id est quantum ad lunam a terra ab eo ad iouem dimidiū. & ab eo
ad saturnum tantundem spatii., Inde ad signiferum sescuplum., Ita sep
tem toni effici quam dia pason armoniam uocant.,

DE ABSIDIBUS EARUM., V

Tres sunt autē quas supra solem diximus sitas occultantur meantes
cum eo & oriuntur uero matutino discedente sole partibus numquā
amplius undenis. postea radiorum ei contactu reguntur & in triquetro
a partib; .cxx. stationes matutinas faciunt quae & primae uocantur
mox in aduerso ad partib; clxxx exortus uespertinos. Iterumq; in cxx
partib; ab alio latere adppinquantes stationes uespertinas quas & secundas
uocant donec adsecutus sol in partibus duodenis occultat illas qui
uespertini occasus appellantur. Martis stella ppius & iam exquadrato
sentit radios. a .xc. partib; ab utroq; exortu eadem stationeclis senis
mensibus moratur in signis alioquib; menstruis cum & tere utraque
statione quaternos menses non impleant., Inferiores autē duę oc
cultantur in coitu uespertino simili modo relicta eq; A sole totidē

in partib; faciunt exortus matutinos ad quos longissimis distantiae suae intervallis solem
insecuntur. Adeptaeque occasu matutino conduntur ac praetereunt. Mox eodem inter
vallo vespere exoriuntur usque ad quos diximus terminos. Ab his retro gradiuntur ad solem et
occasu vespertino delitiscunt. Veneris stella et stationes duas matutinam vespertinamque ab
utroque exortu facit a longissimis distantiae suae finib;. Mercurii stationes breviore momen
to quam ut de(p)rehendi possint. Cuius rei ratio per ductim reddenda est. Percussae in qua diximus
61 parte et triangulo solis radio inhibentur rectum agere cursum et igne a vi levantur in sub
lime. Hoc non protinus intellegi potest visu nostro ideoque existimantur stare. unde et nomen
accepit statio. Progreditur deinde eiusdem radii violentia et retroire cogit vapore
62 percussas. Multo id magis in vespertino earum exortu toto sole adverso cum in summas
habsidas expelluntur minimaeque cernuntur. Quoniam altissime absunt et minimo feruntur
motu. Tanto minore cum hoc in altissimis habsidum evenit signis. Habsidas autem
63 dicunt circuli earum greco vocabulo. Sunt autem his sui cuique earum aliique quam
mundo. Quoniam terra in verticis duos quos appellaverunt polos et signiferum centrum
mundi esse ut dictum est. Ideoque unaquaeque habsidum a proprio centro exsurgere necesse est.
Quae propter diversos habent orbes motusque dissimiles quoniam interiores habsidas constat
64 breviores esse. Igitur a terrae centro habsides altissimae sunt. Saturno in
scorpione. Iovi in virgine. Marti in leone. Soli in geminis. Veneri in sagittario.
Mercurio in capricorno mediis eorundem signorum partib; et e contrario
id est in signis contrariis a terrae centro humillimae atque proximae. Sic fit
ut tardius moveri et minores videantur cum altissimo ambitu feruntur.
Cum vero terrae adpropinquaverint maiores esse et celerius ferri.
Non quia accelerent tardentve naturales motus qui certi ac singuli sunt
illis. Sed quia deductas a summa habside lineas coartari ad centrum
necesse est sicut in rotis radios ut subiecta figura demonstrat.


SIGNIFER
SATURN̄
IOUIS
MARS
SOL
UENUS
MERCUR
LUNA
TERRA
TONUS
SEMITŌ
SEMITŌ
SEMITŌ
TRIA
TONUS
SEMITŌ
SEMITŌ
TRIA·
cap
sag
sco
lib
vi
ge
tau
ar
pi
aqua



·VI· DE CAELESTIB; SPATIIS· SECUNDUM· QUOSDAM··

cf Hyg. Astr. 4.14 (Agrim. ...)

A terra ad lunam tonum ēē pronuntiant· qđ ē· cxxv· stadiorū spatiū· & ideo aestimant miliaria ēē xv dcxxv· Inter lunam & mercuriū semitoniū pnuntiant· hoc est medietas predictae mensurae· Inde ad uenerem similit̄· Inde ad solem tria semitonia· Inde ad martem tonum· Inde ad iouem semitonium·, Inde ad saturnum semitonium· & ab eo ad signiferum tria semitonia··

Tonus habet ut dictum ē· miliaria xv· dcxxv· Semitonium uero habet miliaria vii· dccc xii· & semissem·, A luna ad solem sunt toni duo· id ē· miliaria· xxx & mille centum· l· Inde ad saturnum sunt toni duo· id ē· totidem miliaria· Inde ad signiferum· toni· ii· & semissis· id ē· miliaria· xxxviiii· lxii· & semissis, Sunt in summa quae continentur· in his· vii· tonis stadia· dccclxxv· id ē· miliaria· c viiii· & ccclxxv·, Dicat qui uelit quot miliarii in cxxv· milia stadiis quid nr̄ ēē a terra usq; ad lunam· Nam octo stadia miliarium lxxx· x· milia dccc· c· miliaria reddunt· Ideoq; cxxv· milia stadiorum xv dcc· l· miliaria·, Duplū uero quod ab ea ad solem ē· ccl ii· mil· stadiorū habens xxxi· d· miliaria leuuas· xxi· rastas· x· reddit·, Triplicatum quod a sole ad xii· signa dr̄ ccc· lxxviii milia stadiorum continet· & xlvii· ccl miliaria efficit· leuuas uero xxxi d restas autē xv· dccl· summa stadiorum dcclvi miliariorum xciiii· d leuuarum lxiii· rastarum xxxi d·, VII

DE TEMPORUM· MUTATIONE·

Plin. 18, 220

Cardines temporum quadripertita anni distinctione constant per incrementa lucis·, Augetur haec bruma & aequatur noctibus uerno aequinoctio in dieb; xc· & horis tribus·, Deinsuperat noctes ad solstitiū dieb; xciiii· horis xii· Inde usq; ad aequinoctiū minuitur· & tum aequata die

p̄cedit & eo ad brumam dieb: lxxx viiii. & horis iiii. Horae nunc in omni
accessione aequinoctiales non cuiusq: diei significantur. Omsq: haec dif
ferentiae fiunt octauis in partib: signorū. Bruma a capricorni a d viii. kl ian.
Equinoctium uernum arietis. solstitium cancri alterumq: equinoctiū librae.
Qui & ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. Rursus
hii cardines singulis annuum articulis temporum diuiduntur. p media
omi dierum spatia. Qm inter solstitium & aequinoctium autumni. fidicu
le occasus autumnum inchoat die xlvii. Ab aequinoctio eo ad brumae
uergiliarum matutinus occasus hiemem die xliiii. Inter brumam &
aequinoctium die xlv. flatus fauonii uernum tempus aperit. Ab
aequinoctio uerno initium aestatis die xlviii. uergiliarū exortus matu
tinus significat. Harum occasus matutinus nubilus pluuiosam hiemē
significat. Differentiae igitur solis & lunae habentur magnae sed ma
nifesta. Namq: interlunio aestate aestas calidissima ē. hieme ge
lida. E diuerso in plenilunio. aestate frigidas facit noctes hieme
tepidas. Causa euidens sed alia quam redditur a fauiano graecisq:
auctoribus. Aestate enim interlunio necesse ē. cum sole p̄ximo nobis
currat circulo. igne eius comminus recepto candens. Eadem inter
lunio abesse hieme qm & sol abscedit. Item in plenilunio aestiuo p̄cul
habeat aduersa soli. hieme autē ad nos p aestiuum circulū accedat.

DE PRAESAGIIS TEMPESTATUM. VIII.

Etenim p̄dictis difficilioribus transire conuenit ad reliqua tempestatū
Presagia Solis. presagia. primumq: a sole capiemus exordia. Purus oriens atq: n feruens.
serenum diem nuntiat. At hibernum pallidus grandinē. Concauus ori
ens pluuias predicit. Idem uentos cum ante exorientem eum nubes

rubescunt., Quod si & nigrę rubentib: interuenerint & pluuias. Cum occidentis aut occidentis
radii uidentur coire pluuiae.. Si circa occidentem rubescunt nubes sere
nitatem futuri diei spondent., Si in exortu sparguntur partim ad austrū
partim ad aquilonem pura circa eum serenitas sit. lic& pluuiam tamen
uentos a significabunt., Si in ortu aut in occasu contracti cernentur
radii imbrem., Si in occasu eius plu& aut radii nubem in se trahent. as
perum inpximam die tempestatē significant., Cum oriente radii 18,344
non inlustres eminebunt. quamuis circumdatę nubes non sint pluuiā
portendent., Si ante exortum nubes globabuntur hiemem asperam
denuntiabunt. si ab ortu repellentur., Et ad occasum abibunt serenitatē.
si nubes solem circumcludunt. quanto minus luminis relinquunt.
tanto turbidior tempestas erit., Si uero &iam duplex orbis fuerit. eo
atrocior qd si in exortu aut in occasu fi&. ita ut rubescant nubes. Maxi
ma ostend&ur tempestas., Si non ambibunt sed incumbent. a quocumq;
uento fuerint. eum portendent. Si a meridie & imbrem., Si oriens cing&
orbe. ex qua parte is se ruperit. exp&&ur uentus., Si totus defluxerit.
aequaliter serenitatē dabit., Si in exortu longe radios p nubes porrig&.
& medius erit inanis pluuiam significat., Si ante ortum radii se osten
dent. aquam & uentum., Si circa occidentē candidus erit circulus noctis
lenem tempestatē. si nebula uehementior .ē., Si cadente sole uentū.
Si ater circulus fuerit. ex qua regione is ruperit se uentum magnum.
Proxima sunt iure lunę presagia., Quartam eam maxime obseruat Presagia Lune. 347
aegyptus., Si splendens exorta puro nitore fulsit serenitatem., Si rubi
cunda uentos., Si nigra pluuias portandere. In V cornua eius obtusa
pluuiam., Erecta & infesta uentos semp significat. IIII. tamen maxime

cornu eius septentrionale acuminatum atq; rigidum illum p̄sagit
348 uentum. Inferius austrum. utraq; recta noctem uentosam. Si iiii. die
luna erit directa: magnā tempestatē inmari p̄sag&. Nisi coronā
circa se habeat, & eam sinceram. q̄m illo modo non ante plenam
lunam hiematurum ostendit. Si plenilunio p dimidiū pura erit.
dies serenos signific̄. Si rutila uentos. nigrescens imbres. Si aliquo
orbe nubem incluserit uentos quae se rumpent. Si gemini orbes cin
xerint. maiorem tempestatē & maiorem si tres erunt. Aut nigri int
rupti atq; distracti. Nascens lun̄ si cornu superiore obatrato surg&.
pluuias decrescens dabit. Si inferiore ante plenilunium. Si in media
nigritia illa fuerit imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit
orbem. & qua parte is maxime splendebit ex ea uentum ostend&.
Si in ortu cornua crassiora fuerint horridam tempestatē. Si ante iiii.am
non apparuerit uento fauonio flante hiemalis toto mense erit.
Si xvi a. uehementius flammea apparuerit. asperas tempestates
p̄sagi&. Sunt & ipsius lunae viii. circuli. quoties in angulos solis
incidat. pleriq; intra eos tantū obseruantib; presagia eius. hoc ē.
18, 351 iii. vii. xi. xv. xviiii. xxiii. xxvii. & interluniū. Tertio loco stellarū
obseruationem ēē. oport&. Discurrere haec uidentur interdum
uentiq; protinus sequuntur. In quorum parte ita p̄sagiere cae
lum aequaliter totum erit splendidum. Articuli temporū quos
proposuimus. Autumnum serenū p̄sagit abr̄ frigidum. Si uer
& aestas non sine frigore aliquo transierint. Autumnum serenū
ac densum minusq; uentosum faciunt. Autumnū serenitas
uentosam hiemem facit. Cum repente stellarum fulgor

obscuratur. Vt id neq; nubilo. n& caligine accidat graues denuntiant
tempestates. Si uolitare plures stelle uidebuntur quo feruntur albes
centes uentos & his partib; nuntiabunt. Aut si cura stabunt certos si id
in plurib; partib; fi&. inconstantes uentos & unditi. Si stellarum errantiū
aliquam orb; incluserit imbrem. Arcus cum sunt duplices pluuias 353
nuntiant. A pluuiis serenitatem non p inde certam. Circulus nubis
circa sidera aliqua pluuiam. Cum aestate uehementius tonuit quam 354
fulsit. uentos ex ea parte denuntiat. Contra si minus tonuit imbrem.
Cum sereno caelo fulg&re erunt & tonitrua abhiemauit. Atrocissime
autē cum ex omnib; iiij. partib; caeli fulgorauit.

Cum ab aquilone tantum. in posterum diem aquam portendum. Cum
a septen trione uentū. Cum ab austro uel choro aut fauonio nocte sereno
fulgorauit. uentum & imbrem ex isdem regionib; demonstrauit. Toni
trua matutina uentum significant imbrem meridiana. Nubes cum 355
sereno in caelum ferentur ex quacumq; parte id fi&. uenti ex p&ent.
Si eodem loco globabunt. adppinquab; solo discutient. Et hoc ab aqui
lone fi& uentos. Si ab austro imbres portendent. Sole occidente. si
ex utraq; parte eius caelum pen&rant tempestatē significabunt.
Vehementius atre ab oriente in nocte aquam minantur. Ab occi
dente in posterum diem. Si nubes aut uellera lane spargentur 356
multe ab oriente aquā in triduum presagient. Cum in cacuminib;
montium nubes considerit. hiemabit si cacumina pura fient disse
renabit. Nube grandia candicante. quod uocant tempestatem
albam grando imminebat. Caelo quam uis a sereno nubicula quā
uis parua flatum p cellosum dabit. Nebule montib; descendentes. 357

a cęlo cadentes ł in uallib; sidentes serenitatē promittent.,

Ab his terreni ignes proxime signific., pallidi namq; murmurantesq; tempes
tatum nuntii sentiunt., Pluuiae iam sim lucernis fungi. si fl&cuosae uolit&
flamma uentum., & lumina cum se sese flammas elidunt. Aut uix ac
cenduntur, Item cum in aeno pendente scintille coaceruantur uel
cum tollentib; ollas carbo adherescit; Aut cum contentus ignis ē fauillā
discutit. scintillā ue emittit ł cum cinis in foco concrescit. & carbo ue
hementer pluc&. ē & aquarum significatio. Mare si tranquillū in por
tu cursitabit murmurauit ue. In ipsese uentum predicit., Sed hieme
& imbrem litora ac ripeq; sonabunt tranquillo. asperam tempestatem.,

360 Et quidam & montiū sonitus nemorumq; rugitus pdicunt., & sine au
raq; sentiat ł folia ludentia lanugo populi a spina uolitans., Caeli
quidem murmur. non dubiam significationē hab; Ranae quoq;
ultra solitum uocales & fulice matutino clangore signif tempestat,
Item mergi anatesq; pinnas rostro purgantes uentum ca&erasq;.
aquaticę aues concursantes., Grues in mediterranea festinantes
mergi caua maria aut stagna fugientes tempestatē., Grues silen
tio p sublima uolantes serenitatē sic noctua imbrem. garrula a sere
na tempest., Coruiq; singultu quodam latrantes seq; concutientes.
si continuabt: seren. si uero carptim uocem resorbebis uentosum imbrem
graculi sero a pabulo recedentes hiemem., & albe aues cū congrega
buntur., Et cum terrestres suo lucres contra aquam clangorem dabunt
pfundentesq; sese maxime cornix., Hirundo cum contra iuxta aquā
uolitans. ut pinnas se pcutiat. C&erumq; q; in arborib; habitant fugitan
tes in nidus suos, & anseres continuo clangore intempestiui. pacorec

exultantia & inde & ora lasciuia ludentia eiusdem significat habent.,
Et boues caelum olfactantes seq; lambientes contra pilum. turpesq; porculi
e nos sibi manipulos feni lacerantes. Item formice concursantes aut oua
pgerentes. Tripholium quoq; inhorrescere. & folium eius contra tempestatē 365
subrigere certum ē., Hisc non & in cibis mensisq; nris uasa quib; esculentū
additur sudorem repositoriis relinquentia dirum tempestatem.,

DE MENSURIS AC PONDERIBUS., VIIII.

Mensura ē. iuxta ysydorum quicquid pondere capacitate longitudi (Isid. 15,15)
ne altitudine animoq; finitur., Maiores itaq; orbem in partibus (Grom. p. 371)
partes in puincias. puincias in regiones., Regiones in locis. Loca in terri
toriis. Territoria in agris. Agros in centuriis. Centurias in iugeribus.
Iugera in climatib;. climata in actib;. Actus in pticis. perticas in passus.
passus in gradib;. gradus in cubitos. Cubitos in pedib;. pedes in palmis.
palmos in uncias. Uncias in digitis diuiserunt.,

Digitus ē. pars minima agrestium mensurarum. Inde uncia habens digi
tos. iii. palmus aūt. iiii. digitos hab. pes uero XVI. passus V. pedes hab.
ptica passus. ii. id est pedes X. pticas aūt iuxta loca uel crassitudinē
terrarū pro puincialib; placuit uidem esse dispositas., Quosdam decē
pedas. quib; dam duos additos pedes., Aliquas uero XV. t XVII.
ped diffinitas. haec dumtaxat. ut crassiorib; terris minores mensuras
sterelioribus maiores tribuissent. pro ut modiorū numerus incremento
frugum unicuiq; loco sufficerit., Quidam aūt V. grana hordei trans
uersa tam indici quam inpudico siue medico conuenire iudicantes.
hos. iii. digitos simul iunctos. Unciam dixerunt. palmum aūt minimo
addito diffinierunt., Quidam ergo VII. grana hordei in transuerso (p. 372)

positae. pollicem iudicauerunt. & quib; xv. pedem reddunt. pedes
ii. & semis gressum siue gradum. ii. gressus passum. Duo passus decem
Pertica pedum perticam faciunt. Alii autem uoluerunt. ut pertica xlviii. palmorum
esset. quae pertica ad manus xii. pedes habet. quod per extensionem brachio
rum uerius esse demonstratur. Idcirco putamus ministeriales impera
torum maiores in accipiendo minores in dando mensuras habuisse.
Actus minimus habet in longitudine ped. iiii. & quib; pertica esse non potest.
in longitudine ped. cxx. qui faciunt perticas decem pedas xiiii. Actus ma
ior qui quadratus dicitur. habet undiq; ped. cxx. qui duplicatus iugerum facit.
Iugerum. Iugerum constat in longitudine pedum. ccxl. quae sunt perticae decem
pede xxiiii. in latitudine pedum cxx quae sunt perticae xii. Clima dicitur
pars agri quadratae quae habet & omni parte ped. lx. id est perticas x. pe
das undiq; vi. Arapennis uero quem semi iugerum dicunt. idem est quod &
actus maior habens undiq; uersum ped. cxx perticas xii. Porcamis est pars
agri habens in latitudine ped. xxx. id est perticas iii. in longitudine lxxx.
id est perticas x. pedas viii. Porro stadialis ager habet pass. cxxv. id est
ped. dcxxv. cuius mensura octies computata miliarium facit. qui con
Centuria stat v. milib; pedum. Centuria autem est ager ducentorum iugerum
qui apud antiquos a c. iugerib; uocabatur. sed postea duplicata est.
nomenq; pristinum retinuit. In numero enim centuriae multiplica
te sunt. Nomen tantum mutare non potuerunt. Illud enim sciendum
Pedes. est quod pedes dupliciter secundum morem antiquorum pronuntiatur uno modo
eo quod sit naturaliter pes. alio modo quod usurpatiue per manus metiatur.
Tantum enim praecellit pes manualis pedem naturalem quantum
Cubitus. pollex in longitudine prendi potest. similiter & cubitus. Nam unus

cubitus ē. qui naturaliter a cubito ad digitorum summã usq; ptendit.. Qualis erat cubitus quo arca testamenti q̄ moyses iussu dī fecerat fuerat mensurata.. Alius cubitus ē. qui & maior quo arca noe dem& ita ēē dinoscitur. qui brachio extenso toto cubito capiti plato se ēē demonstrat., Sic & iam & passus apud antiquos dupliciter haberi uident.. Passus

Etenim passus dr̄ quod duob; gressib; gradiendo conficitur. passus & iã dr̄ quantum ambob; brachiis extensis inter longissimos digitos est.,

Status aut̄ ē uniuscuiusq; latitudo., Illud & enim sciendum ē. quia sunt mensurae quae ad uiatores seu ad cursores ptinent.. Minima pass stadium. ē. habens passus. cxxv. VIII. stadia miliariũ reddunt., Stadium

Mille passus id ē. miliarius & dimidius ap̄ gallos leuuam fac̄ habentē passus mille. & D. duae leuuae siue miliarii. III. ap̄ germanos rastam efficiunt., Miliare

DE POÑ. LX

Ponderum pars minima calculus ē. qui constat ex granis ciceris duob; & ap̄ quosdam siliqua pensante. q̄ in trib; granis ordei d&laratur in pondere. II. calculi. ceratim faciunt. IIII. calculi siue duo ceratim obolum reddunt. II. oboli scripulum. III. scrypuli dragmã faciunt.

Dragma quoq; constat siliquis x. & VIII. & scripulus qui ē. ex siliquis VI. & obolus qui ē. ex trib; quadrentē efficiunt. continentē in se siliquas xxVII. duo quadrantes staterem faciunt. II. stateres unciã reddunt., Ideoq; iuxta hunc numerũ denariorũ. III. unciae. V. solidos complent. sic & V. solidi in III. unc̄ redeunt.. Nam XII. unciae librã xx. solidorum efficiunt., Sed & ueteres solidũ qui nunc aureus dr̄ nuncupabant. libra dr̄ [...]ne quid p duodenarii numeri pf&tionē adimpl&ur. Nam libra dici pot̄ ē. annus qui constat ex IIII. temporib; & XII. mensib; & sol. duab;

ebdomadib; libra ēē pot. ē. aequinoctialis dies sine sua nocte qui
constat XII. horis., Hora constat & V. punctis. X. minutis XV. par
tibus XL. momentis. LX ostentis. horae aūt diei. scd̄ solis cursum. .I.
IIII punctos habet iuxta lun. u., Nam libra in ponderib; in mensuris
arborum uel spatio terrarum uel statu hominis p diuersas men
suras in duo denario numero conphendi potest., Mna. C. dragmis
appenditur. iuxta ratione aūt ponderum. Nihil calculo minus.
aut talento maius ē. & enim. L. libre talentū minimū. ē. LXX.II.
libre maximū ē. talentū. Centenarius aūt dr̄ eo qd̄. C. libras con
tinet., DE MSURIS. IN LIQUIDIS., XI.

Mensurarum in liquidis coclear. ē. pars minima qui habet & dim
diam dragmā. id. ē. scrupulum & obolum. cocleares. II. chemam
faciunt. Cocleares. III. conculam faciunt. Concule. II. cignū siue
mistron. concule VI. & duo coclearia que. X. dragmas appendent.
Cyatum faciunt additis. II. ab; dragmis acitabulum complent.,
Addis adhuc trib; dragmis quod sunt XV. oxifalum non dubi
tes apud quosdam cyag nouem eminam facere uidentur. qd̄
sunt dragme XC. ※ Emina autē iuxta quosdam appendit libra
unam ap. quosdam uero libras & dimidiam. Similit̄ sextarios
duplices iudicauerunt. Nam alii uoluerunt ut sextarius duarum
esse librarum. Alii uero trium. utriq; tamen ut due emine sex
tarium facerent. diffinierunt, Est aūt sextarius sexta pars congii.
qui in diuinis scripturis hin appellatur in liquidis. Cenix aūt. V.
sextariis adimplet̄ur. cui si sextū addens fit congius. Congius qua
ter missus. modium complet. Quemadmodum aūt de sextario sic

※ apud quosdam uero acitabula. IIII. qd̄ sunt dragme XLVIII.

abcdef

& de modio. Alii placuit xvi. sextariis modium impleri. alii xx. &
duob;. Alii uero xxiiii. sed haec mensuras ad uotum principum uel iu
dicum ee dephendimus. Nob aut uisum .e. magis conuenisse ponderu
rationi eoq d de minimis usq; ad maiora ducantur., Ut primum
finem habeat modius in mensuris sicut libra in ponderib; quia sicut
post quam in ponderib; pensando ad libram peruenitur. C&aq; ma
iora sunt pondera p librę multiplicatione ponderantur. sic & in
mensuris postquam ad modium uentum erit. quicquid amplius
mensurandum .e. modi multiplicatione peragitur., Nam quem
admodum a calculo p obolos ac dragmas c&aq; pondera ad libra
usq; peruenitur. sic in mensuris. a coclearii p conculas cyatos ac sex
tarios ad modium usq; pertingitur., Est enim modius ut p dictum est.
Iuxta quosdam sextariorum xv. iuxta quosdam aut xx ii. iuxta
quosdam xxiiii. Nobis uero uid&ur rectissimu ut triu librarum
sextario. uicies & quater multiplicato modius impleatur. Qui
modius medii talenti pondere coaequatus lxx & duab; efficitur
libris. siue ut v. libras habens sextarius similit uicies & quat duct
maximi talenti id est. c. xx. librarum pondere mensur&ur.,
Modius & semis urnam faciunt. Similit in aridis mensura q dr
satum. Batus uero constat modus duob; totidemq; sextariis.
Duo bati metretam faciunt quod sunt sextarii. c. Urnae duę am
phoram complent qd modia. iii. qd in aridis dr aephi urnę iii.
cadum uel astabam faciunt quod sunt mod iiii. & semis,
Mod v. medimnam faciunt. iii. medimne gomor complent. ii.
gomor. chorum. ii. chori. chulleum quod sunt modia .lx.,

VERSUS. BEDAE. PRBRI.

Naturas rerum uarias labentis & aeui.
perstrinxit titulis: tempora lecta citis.
Beda di famulus tu fixa obsecro pennem.
qui legis astra: sup mente tuere diem.

CAPITULA. LIBRI. DE NATURA RERUM.

I	De quadrifaria di opere.	XX	De natura & situ lunae.
